222 Harpolos et meianeus, A.
223 lyconide, A.
224 agrihodos, A; hiiator, A.
226 aditusque, A.
q
227 secuntur, A.
229 libaebat, A.
230 Actheon, A.
231 rosonat, A.
232 me lanchates, A.
233 orestrophus, A.
234 exierat, A; compendia, A.
235 Precipitata, A.
239 querelis, A.
240 gnibus, A.
241 brachia, A.
242 latratibus, A.
243 acteona, A.
246 oblata, A.
247 uidere, A.

249 Unde que, A.
251, 2 *extant in* A.
256 coniux, A.
257 dade, A, *nisi fallor.*
258 pellice, A.
261 semeles, A; iuria, A.
262 iuria, A.
266 soror *om.* A.
267 est et iuria, A.
269 uni, A.
272 mersas *pro* mersa suo, A; in undas, A.
275 posuit ad temporae, A[1].
280 Ad nomen euere, A.
multi
281 tuḷiṭ, A.
282 inere, A.
v
283 pignos, A.
285 Ionone, A.
286 c̄plexus, A.
291 timor es deus ille deorum, A.
293 semel equalem, A.
296 exierat iam uox, A.
299 ~~conscendit~~ consendit, A (*sic*).
300 inmixitaque fulgora, A.
303 de iecerat igne typhoea, A.
305 ciclopum, A.
308 agenorē, A.
309 etherios.
310 Inperfectus, A.
312 complet, A.
314 datum *om.* A; nes/eides, A.
317 bachi, A.
319 grauis, A.
320 malos uestra prophecto est, A.
323 Quaereret ///////// uenus, A *relicto spatio.*

* *Legendum uidetur* abstitit.

327 aut tūnos, A.
329 actoris, A.
331 genitiuaque, A.
332 Arbitụr (e *supra*), A; sumptus *om.* A; ioco(o *ex* a)fa, A.
336 irrita, A.
337 adempit, A, *nisi fallor.*
338 honores, A.
340 Inreprehensa, A.
341 Prima fidei uocisque datę temptamina, A.
343 Inplicuit, A; cęphisos, A.
345 nimpha iam tum, A.
350 letique, A.
351 cephesius, A.
352 nuper, A.
356 Aspicit, A; recia, A.
357 nimphę, A.
358 prior, A; resonabiles (i *supra*), A.
360 Carula (r *supra*), A; abebat, A.
362 Iuno quia cum, A.
363 Sub Ioue, A.
365 fugeret, A; post quam hoc, A.
366 delv(v *ex* o)sa, A[1].
367 preuissimus, A.
369 uocis (e *supra*), A.
371 ingaluit (c *supra*), A.
373 circumlitat aedis, A.
374 Admota, A; uiuatia sulphura flāmę, A.
376 moles (i *supra*), A.
377 sint illa paratae, A.
378 remitat, A.
379 seductis, A.
380 [h]ecquis, A; resbonderat, A.
381 atque, A; demisit (i *supra*), A.
384 quod, A.
386 Huṇ (c *supra*), A.
387 Responsora (v *supra*), A̅; retulit, A.
389 iniceret sberat obrachia, A.
390 c̄plexibus aufert, A.
392 Retulit, A; nichil, A.
393 frontibus, A.
395 que *om.* A.
396 Et tam̃ uigiles curpus misaerabile, A.
397 et a corpore sucus, A.
398 Corpore somnus abit, A.
401 figura, A.
403 cęptus, A.
404 dispectus, A.
406 adsensit, A; rhamnusia, A.
407 in limis, A.
409 Contigerat aliud sue pectus, A.
411 humor, A.
415 ceruit, A.
417 quod undę, A.
418 Atstupet, A; immotus, A.
421 *dignas, A; dignas, A.
422 Impubesque, A.
425 inprudens, A.
427 Inrita, A.
428 uisus, A.
430 quod uidetur in illo, A.
432 fugatia, A.
434 imaginis umbre, A.
440 leuatos, A.
442 Nec quis, A.
443 opportuna, A.
444 Haec quem, A.
449 męnia, A.
451 liquidis quociens, A; liymphis, A.
452 tociens, A.
456 quaem, A.
459 adrides, A.
460 singna, A.
462 aures, A; nostris, A.
464 meueoque, A.
465 roge; *ceteris omissis quae secuntur.*
469 admit, A.
470 ęuū, A.
475 lacrimas (i *supra*).
476 cum *om.* A.
478 Diṣsere (e *supra*), A.
479 Asbicere, A.
480 summo reduxit ab ore, A.
482 tenuem percusa rubore, A.
483 quaṃ́, A; candidida, A.
486 asbexit, A; undas, A[1]; unda, A[2].
488 matui *ceteris omissis quae secuntur*, A.
489 atenuatus, A.
490 et tecto, A.
492 uires sed quae, A.
493 amaueret, A.
499 solitam—undam *om.* A.
500 Haec, A.
502 sūmisit in erba, A.
503 mors, A.
504 infrena, A.
506 Naides, A; inposuere capillis (o *supra*), A.
507 adsonat, A.
511 archaides, A.
512 Atulerat, A; anguris, A.

* *Et hoc notandum.* Crinis *genere feminino inuenitur in Plaut. Most. I.* 3. 69 *et Attae epigrammate ap. Non.* 202.

513 aechiodes, A; et *pro* ex, A.
517 ihuius, A.
c
518 nec bachia, A.
519 quam iam haud procul, A.
524 Eueniat, A.
525 Meque et ab his, A; uidis, A.
526 echine, A.
528 ullulatibus, A.
530 ḍad sacra, A.
532 Attollit, A.
a l
533 uiḍent et adunaque, A.
534 magice, A.
535 strictus, A.
537 Obscenique, A; timphana, A.
539 posuisti, A.
540 *om.* A.
543 sistis, A.
545 pro frondibus ille lucuque, A.
547 moles, A,
548 patrum, A.
550 sonare, A.
554 uṣsus, A.
555 Sed medius murra crinis, A.
556 Purpurẹaque, A.
557 attutũ, A.
559 c̄tempnere, A.
561 aduenit hebis, A.
564 huc cetera, A.
565 frustaque, A.
566 Acryor, A; inritaturque, A.
a
567 moderamineque, A; no-
a
cebunt, A.
568 torrentē, A^1; torrenti, A^2; qua obstabat nil, A.
569 decurre, A.
571 obice, A.
576 quondam, A.
577 Aspicit hunc pentheus oculis, A; tremendus, A.
a
578 quenquam, A; uix et, A.
i
579 perature, A.
581 moresque, A.
582 acetes, A.
583 pelle, A.
584 duris colerentur rura iuuencis, A.
585 Lanigeros greges, A.
587 salamo, A.
590 nichil, A.
591 Preterea quas num, A;
a
apellẹre, A.
i d
592 scopulos, A; istem, A.
595 Taygentēque hydasque, A.
596 pupibus altos, A.
597 chiẹ, A.
598 Applicor, A; adduco litora, A.
599 immittit arenae, A^1.
601 et / urgo, A; recentis, A.
602 Admoneo, A; ducit, A.
603 promitit, A.
604 Prospitio, A.
605 sotiorum primus ofeltes, A.
607 Virgineā, A.
612 est *om.* A.
u c
615 Dirtis, A; consendere sũmat, A.
616 Otior antemnas, A.
o
617 libis, A; flauas, A; et prorẹ, A.
e
618 alcimodon, A; quere quiemque, A.
i
621 sacri uiolare, A.
622 Perpetior, A.

EPIGRAMMATA CODICVM BODLEIANORVM.

EPIGRAMMATA CODICIS BODLEIANI RAWL. B. N. 109.

I.

p. 32. DUM colo militiam, dum uates desero musas,
In ceruice graui uulnere laedor ego.
Musa mouet caput et 'merito sic accidit' inquid
'Prospera non poteras, aspera disce pati.'

II.

p. 44. Tela, Cupido, tene, quoniam non ille sed illa
Sustinet esse meus uel mea, tela tene.
Tela tene. quid amo quod amat non *reapse*? Sed huius
Quod fugit, huius ero? non ero. Tela tene.
Tela tene, quia non teneo quod amo tenuisse.
An dixi, quod amo? non amo. Tela tene.
Tela tene, uel tange parem. ne feceris, imo
Dico tibi, sine, uel tange, Cupido, parem.

III.

p. 67. Viuere non possum sine te neque uiuere tecum,
Illud namque metus impedit, illud amor.
O utinam sine te uel tecum uiuere possem,
Sed mallem tecum uiuere quam sine te.

IV.

p. 68. Lingua non oculo, Nestor lasciue, loquaris.
Odi blanda senis uerba supercilii.
Frons numerat menses, frontis cute scribitur aetas,
Praetenditque suos arida ruga dies.

I. 1. celo miliciam. 2. ledor. II. 3. quod amat non absit. III. *Ouid. Am.* iii. 11. 39 Sic ego nec sine te nec tecum uiuere possum. *Mart.* xii. 47. 2 Nec tecum possum uiuere nec sine te.

Nestor, in annosa legimus tua tempora carta:
Frons uetat haec in se mollia uerba legi.
Inueterate puer, non consonat actio fronti,
Et frons a uerbis dissidet ipsa tuis.
Inberbis ueteres lasciuia dedecet annos,
Nutus lasciui nuntius est animi.
Nondum, blande senex, tecum tua uerba senescunt,
Nec faciunt mores tempora longa suos.
Vt mores fugias, non te, non effugis annos;
Hoc age quod iuuenis, non agis hoc iuuenis.
Vae tibi, cuius opus non corrigit ipsa senectus.
Vae tibi, qui pectus non sinis esse senex.
Cum tibi barba seni iam marceat in sene mento,
Barbatam mentem non sinis esse tuam.
O lasciue senex, monstrum est lasciua senectus,
Et cum quo mores insenuere mali.

V.

p. 69. Quamuis canities te, Naeuole, Nestora monstret,
Mens la*s*ciua   conprobat esse uirum.
Naeuole, cum fragili uix uiua*s* corpore Nestor,
Iupiter extincto Nestore uiuis adhuc.
Nestoris atque Iouis concordia, Naeuole, nulla est.
Nulla senectuti luxuriaeque fides.
Naeuole, tam diuersa duo, tam dissociata
In te conueniunt, luxurios*e* senex.
Naeuole, lasciuis tenero lasciuior *h*aedo,
Et frustra Veneri posse placere studes.
Fastidit Venerem Venus exsaturata clientem.
Ergo luxuriae, Naeuole, pone modum.

VI.

p. 71. Potus, Milo, sapis, non potus desipis idem.
Si bibis ut sapias, desipis ut sapias.

IV. 7. frontis. 9. In uerbis. 10. nuncius. 11. Nundum. 15, 16. Ve. 20. *fortasse* cum qua. V. 1. canicies. 2. laciua *excidit* tamen. 3. uiuat. 8. luxuriosa. 9. edo. 10. *an* cupis? VI. *Extat etiam in Digbeiano* 65, p. 59ᵃ Ad disputatorem bene potum.

Nec tibi si sicco facundia uixerit ore,
    Nec nisi pota nimis Musa diserta tua est.
Qui sapis ex Bacc*h*o, qui non sapis aure sed ore,
    Hoc unum sapio quod nihil ipse sapis.

VII.

p. 72. Esto superba minus dum te prece uexo, Superba,
    Et melior fieri nomine disce tuo.
Omnia quae uincis post omnia te quoque uince.
    Immemor esse tui nominis esto memor.

VIII.

ib. f 4' Thraso, tuis si facta forent tua consona dictis,
    Non foret ut quis te largior esset homo.
Pollicitis multos ditat tua prodiga lingua,
    Sed uix aut numquam dicta sequetur opus.
Vtile consilium est, ne quid promiseris ulli,
    Sed sine pollicitis da dare si qua uoles.
p. 92. Insperata magis sunt munera grata frequenter,
    Et nil promittens debitor esse fugit.
Nam qui promittunt non dant, sed debita soluunt;
    Nec data, quae non est ius retinere, uoco.
Non retinere licet quia reddere cogit honestas,
    Virtutumque simul mater honesta fides.

IX.

p. 95. Si tibi grana placent, spicas attunde flagellis,
    Si nuclei dulces sunt tibi, frange nucem.
Si laetis rebus uis participare, labora.
    Nam parit ingratus munera grata labor.

3. facondia *D habet* Nec tibi si sicco facundia suggerit ore. 5. bacco. 6. nichil. VIII. 1. Thrăso *uitio serioris aeui.* 4. sequentur *Post* 12 *secuntur in codice spuria haec* Tullius esse fidem describit in officiorum Libro cum fuerint singula dicta prius. Ergo fide salua mixta Tulli (*cod.* tullii) ratione, Quae dare promittis non retinere licet. IX. 2. nŭclei *cf. Mart.* xi. 86. 3.

X.

p. 97. Corrupere duo Flauiam, parit illa gemellos,
Et cum nesciret quis pater esset, ait,
Vni si dentur, cum sit pater unus eorum,
Forsitan alter erit, decipiamque duos.
Ne pater amittat, ne nutriat aemulus ambos,
Vnum cuique dabo, decipiamque minus.

XI.

Maxima uenandi causa est tibi, nulla legendi.
Brutus es et brutis, Quintiliane, uacas.

XII.

p. 98. Non re sed uerbis est Sextus amicus amici,
Si sit opus, poscit, ferre recusat opem.

EPIGRAMMA COD. DIGBEIANI 172.

XIII.

fol. 84ᵃ. col. 2. VERSU(S) MONIMENTI.

Hic ego qui iaceo ganymedes Chrysopolita,
Quem procul a patria principis egit amor,
Gaudia perpetuis conpenso breuissima poenis.
Talia consequitur †gaudia talis amor.
Quid species, quid lingua mihi, quid profuit aetas?
Da lacrimas tumulo, qui legis ista, meo.

Paginae 97, 98 *praeter epigrammata quae edidi habent haec Anthologiae Riesianae* Virginis insano Iulianus captus amore (912 R.) Iupiter astra, fretum Neptunus, Tartara Pluto, Regna paterna tenent, tres tria quisque suum (793 R.), Ad cenam Varus me nuper forte uocauit (796 R.) Graecinum uirgo, puerum Graecinus amabat (797 R.). X. 1. Flăuiam *uide ad* VIII. 1 Corrūpere. 5. amitat emulus XIII. *Videtur epitaphium esse amasii cuiusdam ex principibus Byzantinis. Nam Chrysopolis suburbium Byzantii notissimum. Crediderim puerum Chrysopolitanum cum forma nimis placuisset principi inuidiam conflasse et ob hanc rem fortasse episcoporum monitu in exilium actum fuisse. Miror tamen huiusmodi elogium Latine scriptum extare, si uere puer Graecus fuit.* 1. ganimedes crisipolita. 2. *Simile est quod de se dicit Helpis uxor Boetii ap. Burm. Anth.* i. p. 321 Quam procul a patria coniugis egit amor. *Post hoc epigramma sequitur in cod. distichon de decem plagis, deinde sex uersus sic inscripti* Versus cuiusdam metriste. Fraus tua non tua laus, facinus non gloria forme Minuere te fecit sic tibi materiam. Fax tua non tua pax feritas non gratia lingue Scribere te docuit sic tibi grammaticam. Lis tua non tua uis amor non musica muse Iungere te iussit sic tibi rethoricam: *quibus alius aliquis subnexuit* Isti sex uersus proprii sunt heu(?n)riolato Cum sit peruersus, sic dic ita (*f.* dicito) de michiloto.

EPIGRAMMATA COD. DIGBEIANI 65.

XIV.

fol. 12b.

QUOMODO ARISTOTELES FECIT ALEXANDRUM RECEDERE AB ATHENIS.

Magnus Alexander bellum mandar*a*t Athenis.
    Infestus populo totius urbis erat.
Ibat Aristoteles caute temptare tyrannum,
    Si prece uir tantus flectere posset eum.
Quem procul intuitus, sceptrum capitisque coronam
    Testans, 'non faciam si qua rogabis' ait,
Mutat Aristoteles causam subtiliter, urbem
    Obsideat, frangat moenia Marte, petit.
Poenituit iurasse ducem, bellumque roganti
    Dat pacem, lusus calliditate uiri.

XV.

fol. 57a.

DE FORMA ROMAE.

Vt doceat cunctis se solam nobiliorem
    Vrbibus, effigiem Roma leonis habet.
Miror tam gracilem de tanto corpore uocem,
Miror posse regi tam magnum lumine solo.

XVI.

ol. 59a.

DE ILLIS QVI CONTRA NATVRAM AGVNT.

Heredes Sodomae uestros aduertite uultus,
    Infames usus diraque facta canam.
Principio rerum mater natura creatis
    Indixit legem, iussa sequente modo.
Fecerat illa uirum; mulier cum facta fuisset,
    'O modo facta uirum femina,' dixit, 'habe.'
Lege data tali uir duxit, femina nupsit.
    Et uarii sexus gratia iuncta fuit.

XIV. 1. mandaret. 2. tocius. 3. Aristotiles tirannum. 7. Aristotiles. 9. Penituit. XV. 3. *Ante* Miror ꝗ *adscriptum.* XVI. *Cum his uersibus comparandi sunt uersus Sodoma inscripti apud Cyprianum, Tom. III. Part iii. p.* 289, *ed. Hartel, et quos Leoninos appellant* Quam prauus mos est pueros praeferre puellis Cum sit naturae ueneris modus iste rebellis *in Cod. Laud.* 86. p. 94. 7. dūxit.

Laetus erat coitus et qui coiere beati,
Et celebres ritus disposuere sibi.
Arrisit natura fauens successibus horum.
'Haec quoque uenturis foedera' dixit 'erunt.'
Impia posteritas successit et omnia uertens
In uitium posuit libera colla sibi.
Impia libertas turpes processit in usus,
Viuat ut arbitrio quilibet ecce suo.
Heu mala res, mala progenies, mala secta furoris.
Quam male respondent ultima principiis.
Vlteriusne loquar? loquar an scelerata silebo?
Eloquar, at uobis inuidiosus ero.
Cum puer intonsus rapitur, cum femina tristis
Accusat turpi condicione mares,
Quam scelerata uenus, quam perniciosa uoluptas.
Haec est quae secum contra*h*it omne nefas.
Naturae legem seruant animalia muta,
Subsequitur tauro femina iuncta suo.
Non equs urit equm, non hircus iungitur hirco,
Diuersi generis collige iuncta duo.
Ergo quis iste furor? ubi sunt exempla parentum?
Et leges et amor et pudor et licitum?

XVI b.

A. Fontibus addis aquas et siluas frondibus auges,
Et nullo quae sunt arida rore rigas.
B. Non eget aequor aquis, non frondibus indiget Ida,
Ida tamen frondes accipit, aequor aquas.

XVII.

fol. 59b. Natura faciente uirum grauis incidit error.
Erroris uitio femina uirque fuit.

11. Arriset. 12. federa. 24. contrait. 26 sqq. *Ouid. Met.* ix. 731 Nec uaccam uaccae nec equas amor urit equarum. Vrit oues aries, sequitur sua femina ceruum. Sic et aues coeunt interque animalia cuncta Femina femineo correpta cupidine nulla est. 27. equum *Post* 30 *sequitur sine interuallo tetrastichon* XVIb. Fontibus—aquas, *sed praemisso* ꝗ *quod plerumque additur ubi noua res inducta est. Sed manifestum est uersus* Fontibus—rigas, *ab eo dici qui mulierum causam contra pedicones agit, hos respondere disticho* Non eget—aquas. *Sequitur in cod. hexastichon* Potus Milo sapis, *tum* De hermafrodito Cum mea me mater (786 R.), *tum* XVII Natura faciente uirum, etc.

Simplice materia simplex faciebat et unum,
Dumque unum faceret, fecit utrumque simul.
Semiuir hic nullo poterit custode teneri,
In cuius uenerem sensus uterque uenit.

XVIII.

DE QVADAM VIDVA.

Luce tuum defles mutata ueste maritum,
Et deplorato coniuge nocte bibis.
Quid mirum? maestos desiccat lacrima uultus,
At Bacchi reficit cor tibi triste liquor.
Semper luce fleas et ames conuiuia nocte;
Famosum nostro tempore nomen habes.

XIX.

fol. 60b. Lapsus in aeternum fatali lege soporem,
Officii linquis taedia longa tui.
Ante tibi requiem nox inportuna negabat:
Nunc dormire simul nocte dieque potes.

XX.

fol. 70a. Res male tuta puer nec te committe quibusdam.
Multa domus multos fertur habere Ioues.
Non tamen expectes Ganymedis crimine caelum,
Hac modo militia nullus ad astra uenit.
Laud. Lat. 86. f. 111. Consecrat aetherias solis Iunonibus arces
Lex melior, manes masculus uxor habet.
Cum doleat culpam suspecti Iuno mariti,
Mercedem culpae non dolet esse polum.

XXI.

Digb. fol. 70a. Aurum Parthorum Crassus sitiebat, et aurum
Ore bibens sociis proelia morte facit.

XVIII. 3. *mire pro* desiccantur lacrimae maestis uultibus. XX. *Hoc epigr. nuper edidit Hauréau in libro quem de Hildeberti carminibus conscripsit*, p. 187. *Cuiuscumque est aeui, dignum reor quod accuratius edam: integrum in Laud. Lat.* 86 *inueni, Digb.* 65 *uu.* 1–4 *solos habet.* 1. comit^te, *Digb.*, non te *L.* 3. Nolo quod affectes *L.* ganimedis *DL.* 5. iunioribus *cod. Haur.*

EPIGRAMMA COD. LAVD. LAT. 86.

XXII.

fol. 114a.

Haec duo carta salus, mihi nobis, missa fuerunt,
Sic commune datum, sic speciale fuit.
Missa mihi socioque salus, res una duobus.
Nos facit esse tuos res licet una duos.
Ambo salutati fuimus, resalutat uterque,
Sic quod utrique dabas nunc ab utroque capis.
Scripta mihi solus misisti, solus habeto,
Solus ego soli scripta remitto tibi.
Sic ego, sic socius, ego carmen, uterque salutem,
Ecce reportamus, debita quisque sua.

EPIGRAMMATA CODD. SANGALLENSIVM.

XXIII.

397. fol. 42b.

Quae fueram quondam tenerae uagina medullae,
Altrix nunc rigidi roboris esse notor.
Ossea nunc patulum producunt germina ramum:
Siluescit membris dammula pulchra suis.

XXIV.

250. p. 70, 184. p. 245, 347. p. 147.

VERSVS DE QVODAM PATRE QVI BENE NVTRIVIT FILIVM MATRE EIVS MORTVA ET EVNDEM INTERFECIT QVIA NOVERCAM SVAM ID EST PATRIS VXOREM POLLVIT.

Fonte lauat genitor quem crimine polluit uxor,
Et puerum refouet qui iuuenem perimat.

XXII. 3. *Ennod. Epist.* ii. 1. 10 *Hartel* Tu tamen inter ista quasi specialis mali pressus nece concluderis, nesciens temperandum quod per multorum dispersum corda commune est. vi. 35 Hoc munus speciale conputo. XXIII. *Explicatur altero epigrammate cod. Sang.* 869 (*Dümmler* ii. *p.* 382) DE OSSE DAMMULAE PER QUOD ARBUSCULA CREUIT AD IMPERATOREM HLUDOUICUM Arboris est altrix quondam uagina medullae. Tibia germen habet, nempe bonum omen erit. Quod cortex humore caret, quod durior ipso est Robore miramur, talis in osse uigor. Nil Caesar tibi magne uacat, uenabere dammas, Ossibus ex quarum silua orietur. Aue. *Et hoc quidem ex nostro uidetur desumptum.* XXIV. *Ediderunt Riesius A. L.* 688, *Baehrensius P. L. M.* iii. *p.* 171 *sed ut disticha distraherent. Ex titulo nostri codicis apparet unum esse epigramma.* 1. Fonte *sc. baptismatis.* polluet *Riesius.* uxor *nouerca pueri.*

Ante suum gremium portat portatus alumnum,
    Vnum gestat equus, sed duo terga premunt.
Mergitur Hippolytus, m*orit*urus amore nouercae.
    Quem quia fata iuuant, flumina nulla nocent.
In causa Hippolyti uersa est natura parentum,
    Saeua nouerca fouet, quem pater ipse necat.

3. Portat ante portatus alumnum suum gremium *cod.* 250. portatus *in equo puer iam uir factus portat in gremio infantem quem ex se nouerca peperit ut ambo simul mergantur.* 5. Hippolytus *hic est amator nouercae.* ippolitus *cod.* 250. mersurus *codd.* 250, 397. mersu *cod.* 184. moriturus *Riesius. An est* mersurus *intransitiuum?* 6. *h. e. quamuis mersu flumine non perit.* 7. causam *cod.* 250. 8. quia *pro* quem 250. *Debuerat nouerca saeuir in priuignum, pater indulgere filio.*

GLOSSAE IN SIDONIVM.

MS. Digb. 172
f. 143.
I. 1.

Gaii Sollii Apollinaris Sydonii epistolarum liber primus incipit. Sydonius Constantio suo salutem.

SIDONIUS iste gratia et rogatu Constantii uiri illustrissimi et magnae scientiae hunc librum in quo ad eum proemiat ex quibusdam transscriptis quarundam epistolarum quas uariis personis et de diuersis causis et negotiis in diuersis temporibus transmisit Constantio scribit. Continentur itaque in hoc libro .ix. distinctiones librorum quorum .vii. Constantio principaliter scribit. Duos uero ultimos secundario. Nam .viii.[uum] scribit Petronio et .ix.[num] Firmino, in quibus ad eum proemiat. illi tum duo .vii. libris Constantii annectuntur, ut ex illis .ix.[uem] libris unum fiat uolumen Constantio transmissum. In prima igitur epistola hoc modo tractat, ostendens se auctoritati Constantii fauere debere. Secundo loco ostendens quos uelit imitari in quantumcumque potest et quos non possit imitari et quare non possit ostendit. Tertio loco demonstrans se erga Constantium hunc librum componere, licet multorum detrahentium sup*er* incepto opere timeat inuidiam, etiam *si* securus sit ab eorum detractione sup*er* libro pan*egy*rico quem uersibus et metris compositum de laude principum con*scribit.*

Maior .i. magne. *causa* quoniam de diuersis negotiis scriptae sunt. *persona* quoniam ad diuersas personas scriptae sunt. Quas iubet Constantius supra quamlibet epistolam nominare. *tempus* quoniam in diuersis temporibus. *retractatis* .i. relectis. *exemplaribus* .i. transscriptis. *enucleatis* .i. correctis. Quoniam transscripta multotiens falsa sunt uitio scriptorum. *rotunditatem* in uerbis perfectis. *praesumptuosis*. Quoniam illi magnae scientiae fuerant. *nam de Marco Tullio.* Hic ostendit se non posse imitari Tullium quem Iulius Titianus qui de secta erat Frontonis, maximae scientiae homo, uoluit (eum) imitari et non potuit, in quodam libro uidelicet quem scribit de laude illustrium feminarum. Et quia non potuit Iulius iste Tullium imitari, ideo consocii sui et consectanei .i. de eadem secta siue sententia Frontonis uocauerunt eum simiam oratorum. *propter quod* sic uerte literam. *propter quod ceteri quique Frontonianorum* .i. qui erant de secta Frontonis *aemulati* inuidi .i. indignantes *cur* .i. quia *et cet.* Et ideo uocauerunt eum *simiam oratorum. ueternosum* uetus et graue. *inmane* .i. magnum. *temporum suorum* .i. in tempore suo. *meritorumque praerogatiuam* .i. meritis suis prae aliorum meritis, exigentibus omnibus, praeferebantur. *examinationi* .i. iudicio. *recensendas* .i. legendas. *perquam* .i. ualde. *baesitabundos* .i. dubios. *deinceps* quoniam maximam laudem et famam

10. fauere se debere. 13. supra. 14. si *om.* supra. panagerico. 15. componit.
18. relictis. 30. praeferebatur. legendas *an* relegendas? 31. hesitabundos.

prius s. in pan*eg*irico consecutus est, nunc deinceps dubium est an tantam famam consequi possit ex hoc libro epistolarum. *genuinum* .i. naturalem. *molarem* molares dentes sunt illi interiores quibus teritur cibus. et notat hic per hanc dictionem *fixerit* morem inuidorum qui cum detrahunt aliis dentes molares simul conterunt. *actutum* .i. cito.

Sydonius Agricol*ae* suo salutem et suam benedictionem.

I. 2. *Saepenumero* .i. multo*t*iens. *popularis fama* apud populum. *In quantum* quia oportet epistolam breuem esse. *laudans in te* .s. animi nobilitatem quia talis principis cupis scire mores et habitus. *minus familiariter* .i. maxime extrane*i*s qui non sunt de familia eius. *dote* .i. munere. *ut laudibus* sic lege literam *ut inuidia ne* .i. etiam *regni* .i. in regno maiorum non *defraudet* aliquid et non possit aliquid minuere et detrahere *laudibus* eorum. *exacto* .i. magno et perfecto. *ceruix* .i. collum eius breue non est nec contractum ut caput adh*ae*rens sit humeris. et est ceruix illud ubi conueniunt occipud et collum. *orbes* .i. ocellos. et nota quod hic non describitur uir femineae pulcritudinis sed uir uiribus plenus et cingulo militiae aptissimus et uir robustus. *cilia* oculorum. *flectantur* digitis trahantur. *legulae* legulae aurium sunt tenues et molles carniculae quae sub auribus pendent. *flagellis* .i. cirris quae recte dicuntur 'loc.' *incuruus* .i. subcuruus .i. non nimis longus. *non obesi* .i. nimis crassi. *succulenti* .i. pleni succo .i. aliquantulum de natura crassi. *recedente aluo* quia circa uentrem gracilis erat et circa pectus spissus. *tuberosum* .i. grossum et durum. *musculis* musculos appellat carnem illam quae utrimque protuberat. *internodia* .i. genua. *mascula* .i. uirilia et grossa. *poplitum* poplites dicuntur 'hamme.' *crura* nota differentiam inter crus et femur. Quoniam femur a genibus est supra, crus uero a genibus est infra. *suris* suras appellat illud grossum carnis quod protuberat in tibiis. *antelucanos* .i. matutinos. *quamquam sit sermo secretus* hoc est interpositio et hoc silentio dicit. *secretus* nobis duobus .s. Sidonio et Agricolae. *pro consuetudine potius quam ratione* hoc dicit propter haeresim arrianam quam Got*h*i celebrabant. Et iste Theodoricus Christianus erāt. *sellam* .i. sedem. *armiger* .i. miles. Timebat enim sibi quoniam tirannus erat. *pellitorum* a pellibus ferinis quibus induebantur ut T*h*eodoricum si opus esset defenderent. *pro foribus* .i. extra fores. *exclusa* hoc tractum est a ueteri testamento. In tabernaculo enim erant duo loca diuisa a se per uelum quoddam ductum ex transuerso taberna*culi* s. sancta sanctorum et sancta. In sanctis sanctorum erat altare t*hy*miamatis et arca f*o*ederis et propitiatorium.

l. accedere

Ad quem locum non licebat Aaron ascendere nisi semel in anno in die propitiationis. In sanctis autem quae et dicebantur cancella erat altare holocaustorum ubi cotidie sacrificabant. Ista autem pars tabernaculi in qua stabant soli leuitae dicebatur cancellum propter uelum ductum ex transuerso tabernaculi. Nam cancellare est lineam ex transuerso ducere. Vnde cancellarius qui male scripta huiusmodi linia dampnat et inde dicitur cancellatis manibus .i. in modum crucis impositis. Isti igitur pelliti non

1. panagerico. 2. *genuinum* i. naturalem] *sc. qui cum homine nascitur* (*Schol. Pers. I.* 115). 3. figerit. 6. multociens. 14. apt'ssim' *h. e.* aptus *uel* aptissimus. 25. Sidonio et Agricolae *om.* quam rō.] *Cod. Sidonii Laud.* 104 *habet* potius quam pro ratione. goti. 28. teodoricum. 30. taberna. 31. timiamatis. propiciatorium. 34. pars tab̄. ex transuerso tab̄. 36. lima.

erant intra uela sed extra in cancellis .i. non erant in illa domo in qua erat rex sed in proxima propter eorum murmur. *tractabitur* .i. dignum dilatione. *expedietur* .i. dignum ut statim tractetur. *solio* .i. sede. *stabulis* ut uideat equos. *neruo* s. arcus. *loro* .i. freni. *thecatum* .i. in *th*eca i. in repositione i. in forello. *spicula* .i. sagittam. *implet* .i. c*h*ordam ponit in illorum conatis capitibus. *admonet* .i. qu*a*erit. *si ab* quasi dicat, Quoniam forte contigit sed raro quod ipse uidens feram aliquam alonge fallitur .s. ignorans an sit ceruus an cerua et huiusmodi. sed *ictus* eius *destinantis* .i. trahentis numquam *fallitur* .i frustratur. *profestis* .i. procul a festis. *priuato* priuatum conuiuium est non regis sed inferiorum. *cedentibus* .i. plicantibus prae nimio honere argenti. *suspiriosus* prae labore et pondere sciforum. *toreumatum* toreuma est lectus tornatilis et tamen hic ponitur pro uestibus quae super lectum sternuntur. *peripetasmatum* .i. cortinarum a peri quod est circum quia circum domum uel lectum ducuntur. Et sunt uela a circumducendo dicta eo quod per funes circumducantur per ambitum domus. peri enim circum petasma uelum. *conchiliata* .i. rubricata. Quoniam in concha latet piscis qui dicitur murex ex cuius sanguine fit rubra uestis. *bissinum* recte dicitur 'cheinsil,' et est uestis tenuissima et albissima. *paterae* i. scifi. *habundantiam Gallicanam.* Quoniam Galli parce comedunt et non ultra modum. *Italam* ubi cito comedunt uel cito seruientes eunt fercula portantes. *publicam* .i. multos seruientes. *priuatam.* Quoniam quidam seruiebant de coquina et alii de penu non intermiscue. *de luxu sabbatario* quoniam in sabbatis illi tenebant et celebrabant maxima festa ut nunc Iud*a*ei. *secundas fastidit* .i. t*a*ediat .i. indignatur. *facere secundas* .i. habere. [.i. 'des'] *tesseras* deceptorias, et etiam indignatur *timere* secundas aduersarii. *sine colludio* colludium dicitur a con .i. simul et ludo. *bilis* .i. ira. *recrudescit* .i. iterum fit cruda uel crudelis relicto ludo. *pulsantes* ostium s. ut possint intrare ad regem, ut possint negotia sua et causas pertractare. *submouentes* cum uirgis. *ambitus* ambientes uel ambitiosi. *concubiae* Prima uigilia noctis

Fol. 143b. fax appellatur, secunda concubium uel conticinium, tertia nox intempesta, quarta galli cantus siue gallicinium, quinta antelucanum. *sane* .i. certe. *intromittuntur* ad cenam regiam. *ydraulica* i. musica ab ydor quod est aqua. unde ydraulia .i. organum, ydor enim aqua, aule cannul*a*e. Aqua enim multum iuuat organum, quod in ydraulia potest uideri. unde musa dicitur quasi moysa. Moys enim aqua. Vnde Moyses dicitur aquaticus quia de aqua fuit sublatus. *subfonasco* r. dicitur 'suschant' a sub et fonos quod est sonus. *achroama* r. 'surchant' i. altum et melodum. Tria enim sunt genera artis musicae. s. c*h*romaticum diatonicum et enharmonicum. Quorum mollissimum est c*h*romaticum. *lyristes* a lira. *choraules* qui ducit c*h*oream. *mesochorus* qui de medio c*h*oro ceteros ad cantandum inuitat. *fidibus* .i. c*h*ordis. *gazae* sunt diuitiae, sed hic ponitur pro militibus.

1. infra. 4. teca. forello] forellus uagina *Du Cange.* 5. cordam. conatis *i. q.* furcatis. q. d. 6. fallatur. 8. profestis] *Paul. Diac.* Profesti dies procul a religione numinis diuini. 9. rēg. 10. cifforum. 11. peri patasmatum. cortinarum] 'curtains.' 16. ciffi. 17. ytalam. 21. indignātur. thessaras. 23. pulsā. 24. submo. 25. ambicientes. 32. r. *i. e.* romanice. 33. cromaticum. enermoniacum. 34. coraules. coream. mesocorus. coro. 35. cordis. gaze.

I. 3.

Filimatio.

oscitare proprium est desidiosorum os aperire. os citare enim est os aperire et dictum est ab otio. *desidiosus* .i. ignauus .i. piger. Inde desidia et ignauia idem est quod pigritia siue segnities. Vnde segnis dicitur quasi sine igne. *mussitat* mussare .i. murmurare siue dubitare et inde mussitare frequentatiuum uerbum. *suspicere* .i. sursum aspicere. *despicere* deorsum aspicere. *obiter* .i. interim. *antiquare* .i. antiquum facere. *priuilegium* .i. priuata lex. *stertere* dicuntur illi qui obmurmurant et tractum est a more dormientium. Qui cum firmiter dormiunt stertunt quod romanice dicitur 'Rute.' *perniciter* .i. cito, antepenultima producta, et deriuatur a per et nitor, pernix pernicis ante penultima producta. correpta significat detrimentum a nece deriuata. *sarcire* .i. reparare et *resarcire* .i. redintegrare.

I. 4.

Syd. Gaudentio Sat.

Macte esto .i. aucte. Istam epistolam mittit Gaudentio. De quo locutus est in priore epistola illum commendans quod ex plebeia familia factus sit summus magistratus et uituperans nobiles ignauos qui prae ignauia sunt absque honore. *sic adolescentium.* Hic reddit rationem quare patres eorum castigabant. Videbant enim patres puerorum comparationem quamdam et similitudinem inter pannos textiles et eloquia puerorum. Quoniam sicut panni textiles post texturam facilius contrahuntur quam extendantur, sic facilius pueri a magnis reuocantur quam ad magna inui*ta*ntur et ideo patres eorum eos castigabant. *declamatiunculas* .i. causas.

I. 5.

Syd. Heronio.

Secundum conuentionem .i. secundum quod disposueramus domi. *auspicor* .i. diuinare. *Rodanusiae* .i. Lugduni. Quae sic uocatur quoniam supra Rodanum sita est. *ueredorum* ueredi sunt equi qui portant uel trahunt redam. Veredarii autem sunt magistri redarum, et tamen unum saepissime ponitur pro altero. *silex* .i. rupis. Inde silicernus .i. curuus a cernendo terram. *fornix* idem est quod testudo arcuata siue criptica a cripta. tae quod est proprie 'crufte.' *commessaliter* ad mensam. *Phaetontiadas* accusatiuus Gr*ae*cus ponitur pro Ph*ae*tontiades et sunt Ph*ae*tontiades sorores Ph*ae*tontis. Quae flentes pro lapsu fratris a c*ae*lo membra eius collegerunt a fluuio in quem cecidit et ibi mutatae sunt in arbores. *commenticias* .i. fictas et fabulosas a commentor. taris quod est componere. *uluosum.* Vlua dicitur herba quaedam quae recte uocatur 'chenapie.' *acernisque nemoribus uestiebantur.* Acernis .i. de acere arbore unde habetur haec acer et hoc acer. haec acer, dum stat

1. Filimatio *sic Laud.* 104. 4. sine igne. 5. frequentatiuum uerbum] *Addit codex haec* Et inde amussis quod est perpendiculum caementariorum quo perpenditur maceriei aequalitas et dicitur amussis quasi sine dubitatione et amussim .i. indubitanter et inde Musio .i. fatuus. *Quae quamquam ridenda uidentur, conspirant cum Paulo Diac. s. u.* Amussim regulariter, tractum a regula ad quam aliquid exaequatur quae amussis dicitur. Quidam amussim dicunt esse non tacite, quod muttire interdum dicitur loqui. 18. extendantur. 19. inuitentur. 22. conșuentionem *uulgo legitur* commune consilium. 25. silicernus] *Fulg. Exp. Serm. Antiq.* 560 silicernios dici uoluerunt senes iam incuruos quasi iam sepulchrorum suorum silices cernentes.

crescendo in uiriditate, hoc acer huius aceris ipsa excisa. Vnde uersus auctoris Vile fuistis acer. *scirpis enodis* .i. iuncis sine nodis. *dexterior* .i. melior. Sicut enim a sinistra dicitur sinisterior pars .i. deterior ita a dextra pars dexterior .i. melior. *discerptus* .i. separatus et quandoque ponitur discerpere pro dilaniare. Vnde dicitur Poenis discerpitur iste. *pulte* puls pultis recte dicitur 'puz' sed hic ponitur pro cloaca quia tenax est. *lintrium* .i. scapharum. *glutino* hoc glutinum .i. gluten .i. 'glu' sed hic ponitur pro cloaca. *glarea* glarea .i. lutum illud tenax quod sub †marinis fluuiis latet. Sed tamen proprie ponitur pro lapillis harenosis in aquis iacentibus. *cisterna defaecabilis* sine faece. *fons irriguus* .i. currens. *puteus illimis* sine limo. *alternante* 'entrecaniant.' Quoniam qui febricitat modo calores patitur modo frigora. *alternante* .i. 'entrecangant' unde sequitur *ne spiritu aeris uenenatis flatibus inebriato et modo calores alternante modo frigora uaporatum corpus inficiatur. uaporatum* .i. calidum uel tepidum. *thermas* th*e*rm*ae* sunt loca calida ad balneandum. *naumachium*† naumachian† dicebatur locus publicus ubi erant aqu*ae* turbid*ae* pluuiis congregat*ae*. Et dicitur naumachia a naue et machia quod est pugna. *membris male fortibus* .i. debilibus. *explosum languorem* .i. extra collisum uel percussum. Complodere .i. simul collidere. Vnde Complosis manibus .i. simul collisis uel percussis. Diplodere idem. unde uersus Nam diplosa sonat quantum uesica pepedit. *pauxillum* .i. parum a paulo. *paxillum* paxillus a palo .i. sude .i. 'pel.' *exarabantur* scribebantur. *fescenninus* .i. cantus. *macellum* .i. 'mazazerie,' Inde macellarius .i. 'mazerre' a mactando sic dictus. *talassia*. Talass*i*a sunt maria. Talassa enim Gr*ae*ce Latine dicitur mare. Inde bitalassum .i. duplex mare, ubi duo .s. maria concurrunt .i. ubi quaedam terra se extendit in mare ita ut acutum terrae illius mare habeat ex utraque parte sui. Vnde dicitur quod Paulus apostolus naufragatus est in bitalasso .s. acumine terrae sic extensae in mare. Inde talassia .i. loca maritima. *inter scurrilitates* (*.i. truilleries*) *hystrionum* .i. lenocinium lecatorum. *totus actionum seriarum* .i. 'discretariun.' Inde dicitur Serio agit et intendit .i. discrete. Idem est seriatim aduerbium. *palmata* est uestis quaedam nobilium quae dabatur alicui ob aliquam palmam .i. uictoriam quam fecerat. *ciclas* cicladis .i. 'ciclatun.' *pronuba* est illa quae cum noua nupta ad domum nubentis domini uenit. *paranimphus* est ille qui cum nubente marito ad domum uenit sicut pronuba cum nupta. *inglorius* .i. ignobilis .i. sine gloria. *molimina* .i. machinamenta a molior . liris.

I. 6.

Sydonius Eutropio salutem.

domestici (*sic*) .i. familiaris. Vnde dicuntur domestici illi qui in intima domo nutriuntur et comedunt. *capessenda* .i. frequenter c*a*pienda. *munia* .i. officia et munera non a manu dicta sed a munio. *trabeatis* trabea quaedam uestis est pretiosa quasi ultra alias uestes beans et pacificans. *iuuenta* .i. iuuentus. *subulci*. Sicut dicuntur bubulci qui custodiunt boues, sic dicuntur subulci qui custodiunt sues et porcos. runcan*tes*. Run-

1. auctoris *Ouid. Am. I.* 11. 28. 2. cirpis enodis. iunctis. 4. penis discerpitur iste] *non repperi.* 12. termas terme *uulgo legitur* formas. 16. conplosis manibus *Petron. S.* 18 *et* 137. 17. uersus *Hor. S. I.* 8. 46 *ubi* pepedi. 19. fecenninus. 20. talassa. 25. lecatorum *i. e.* parasitorum. 32. ima. 33. cupienda. 34. *Isid. Orig. XIX.* 24. 8. 36. sues et boues porcos. runcā.

care est aliquam herbam nociuam euellere. Sicut auencare est proprie auenas extirpare et ponitur pro euellere. *curuus* .i. inclinus. *populari* deuastare. *cernuus* pronus uel humilis. *expergiscere* expergiscor gisceris .i. 'aueiller' uel 'ebruscer.' *eneruis* .i. sine neruis uel sine uiribus. *marcidus* a marceo ces. *effetis* .i. sine fetu .i. inutilibus ad proelia. *ligone* quod romanice dicitur 'picois.' *musta* noua uina. *uinetis* .i. locis ubi crescunt uineae. Vnde dicitur *multiplicatis tibi spumabunt musta uinetis. mulctram.* Haec mulctra uas in quo mulgetur. *olida* olentia a uerbo oleo les. Vnde dicitur Iste cibus uel sapor bene olet. *caula* 'faude' .i. ouile. *pinguis* pastor .i. propter pinguia pascua et pinguia armenta. *faeculento com.* .i. pleno faece. Inde faeculentia. *mauis ut aiunt* homines. *Epicuri* genitiui

Fol. 144[a]. casus. *dogmatibus copulari* uel implicari. *testor maiores* .i. duco in testimonium. *huic me noxae non esse confinem* et non inputabitur mihi culpa haec.

I. 7.

Angit .i. 'Destreint' Inde angor 'Destresce.' *queror* .i. conqueror. *non insultatorie* .i. ex affectu reprehendendi. Vel *insul.* .i. derisorie. Vnde *insultare* est deridere. *ludibrium* .i. ridiculum siue deliramentum. Vnde dicitur Ad poenae ludibrium .i. derisum. *miseraremur.* Misereri superiorum est quando miseriam habent cum aliquo. Miserari autem omnium est quando .s. aliquis de aliquo quandam habet miseriam et doloris conpassionem. Et construitur transitiue cum accusatiuo casu. *popularitas* .i. adulatio. Vnde dicitur *praefecturam primam gubernauit cum magna popularitate. populatione* .i. deuastatione dictum a populor laris. *successuros.* Timebat enim ne propter aes alienum remoueretur a praefectura et ei substitueretur aliquis fortis et nobilis. *aemulabatur* .i. inuidebat. *uallatus* circumdatus quoniam uallum romanice dicitur 'balie.' *destinatus* .i. missus. *interceptas litteras* .i. extortas et raptas a scriptore ubi eas scripsit uel ubi eas ab Aruando dictatas legit. *Intercipere* uero proprie *interrecipere* ut Interceptus aquis. *perimachiam* circumpugnationem et machinamenta accusatorum. *Peri* circum, *machia* pugna. Vnde monomachia .i. singularis pugna. *occulere* celare. *in actionibus repetundarum.* Actio repetundarum est propria appellatio cuiusdam actionis quam intendere potest quis aduersus illum qui aliena rapuit et possidet. *subdolis* .i. dolosis. Vnde dicitur Nihil loquamur subdolum .i. dolosum. *bullas.* Bullae autem sunt quando gutta pluuiae cadit in aliquam aquam et facit aquam inferiorem resilire, et sunt plenae aeris et uacuae et inanes. *crepantes* .i. sonantes quoniam *cum* franguntur sonant. *serica* .i. 'seie.' *trapezitarum* Trapezitae sunt monetarii siue cambiatores. *inuolucra* .i. ludicra sicut anulos monilia et cetera huiusmodi quia inouluuntur in saccis nec semper exponuntur emptoribus ne deturpentur pluuia et uento et alia intemperie. *Inuolucrum* uero proprie est 'trusse.' *pumicatus* .i. planatus leuigatus cum pumice. *punicatus* a

6. spumabant u *in* a *mutata*. 12. I. 7. *titulus deest.* 15. Ad pene ludibrium. 18. acusatiuo. 21. emulabatur. 24. aruẽno. Interceptus aquis] *Stat. Theb. IX.* 509. 25. acusatorum. 26. oculere. 29. Nihil loquamur subdolum.] *ex hymno* Lux ecce surgit aurea, *Breuiar. Rom. Part. Aest. Fer. V. Ad laudes, quem locum indicauit mihi amicus A. Robertson.* 31. cum *om.* 32. Trapezetarum. trapezete.

puniceo colore .i. rubeo. *semipullati* .i. seminigri. pullus la lum idem est quod niger. *concreti* .i. non tonsis capillis. Sed concretus est proprie coaceruatus uel coniunctus. Inde concretio .i. conmassatio .i. in unam massam conpositio. *Concitato* .i. citato. *collegis* .i. sociis. Collega enim est uicinus uel socius. *paenitudo* .i. paenitentia. *fascibus* honoribus. *exauctoratus* spoliatus .i. extra auctoritatem positus. *politum* .i. leuigatum uel planatum. *addictus* duplicem habet significationem. Dicitur enim addictus .i. coactus. Vnde Horatius (Epp. I. 1. 14) Nullius addictus iurare in uerba magistri. Dicitur etiam addictus adiudicatus. Vnde Addictus est morti (Cic. de Off. III. 10. 45). *accuratus* est ille qui maximam curam habet de se ut bene uestiatur et pulcre. *delibutum* unctum perfusum. *ergastulum* .s. locus ubi damnati stabant ad laborandum. *multatus* punitus. Vnde multatus capite dicitur, quoniam multa est poena. *deuenustatus* deturpatus. *nausea* est appetitus uomendi. *unco* .i. 'Croc.' Vnde uncinum pomorum et Cum unco trahebatur. *carnifices* tortores qui praesunt reis puniendis. *Augusti* dicebantur antiquitus omnes Imperatores. *notas inustas* cauterio inustas. Cauterium autem est ferrum calidum quo fit nota aliqua in damnatis.

I. 8. Sydonius Candidiano Salm.

Exprobrare .i. 'repruuer.' *uerna* seruiens uel cliens uel seruus uel uernaculus. *Padano culice.* Candidianus cum in municipio esset Rauennae cotidie sero et mane audiuit ranas garrientes in palude circa illud castellum et culices. *culex* autem est illa musca quae dispergit boues eos pungendo et dicitur alio nomine oestrum. *domicilia* .i. domus. Vel domicilia .i. cilicia domus quod romanice est 'seuerunde.' *territorium* dicitur praedia omnia quae circa aliquod municipium est. *dote* .i. dotalicio.

I. 9. Sydonius Heronio.

Euentilatas opes .i. expensas. *laribus* .i. domibus. *comiter* .i. 'curteisement.' Vnde *comis* .i. 'curteis.' Vnde uersus prouerbialis Carne canore comis me fallit femina comis. *aenigmata* .i. obscura dicta. *schemata* .i. figuras. *Commata* membra siue distinctiones. Quia tria sunt *cola, comma, periodus. Periodus* est quando finitur uersus. *Comma* quando suspensiua est oratio per metrum. *Cola* quando .s. oratio profertur cum distinctionibus, punctis .s. interpositis. *mecanemata.* Sciuit citharizare cum digitis et simphonizare et alia per musica instrumenta. *cunctatio* mora. Vnde cunctanter .i. morose et incunctanter .i. sine mora. *fastigatissimi* .i. altissimi et primates a fastigio dicti. *seposita praerogatiua partis armatae* seposita .i. seorsum posita praerogatiua .i. 'eslitte' .i. exceptis militibus

4. sotiis. sotius. penitudo. penitentia. 6. dupplicem. 8. acuratus. 10. *Praecedunt in codice haec* Ergastulum Ergas labor unde *quae omisi tamquam nimis inscita.* dampnato. dampnati. 11. pena. 12. unccinum. 15. dampnatis. 21. *Cf. Roquefort Glossaire de la Langue Romane.* 'Seueronde, seuerons, seuerounde, subgronde: La partie inférieure d'une couverture de maison: celle qui est en saillie sur la rue, pour jeter les eaux pluviales hors du mur.' 26. scemata. comata. 27. coma. 29. puctis. 30. *Post* instrumenta *addita sunt haec* Mecaneuma dicitur ab artibus mecanicis et neuma quod est cantus dulcis. Alii dicunt quod mecaneumata sunt solfationes *cf. Du Cange* Solfizare notas musicales canere.

imperatoris. *genii.* Genius est deus naturae qui praeest nascentibus. Vnde genialis .i. naturalis. *succinctius fabor* .i. breuiter. *sera* .i. tarda. Sera *ae* obstaculum cum quo serantur ostia. Hoc serum .i. 'wege.' Vnde caseus dicitur quasi carens sero. *illicet* .i. ilico. *fastis* fasti sunt libri annales. Vt kalendaria et in quibus facta nobilium scribebantur. Aliquando accipiuntur fasti pro honoribus. *carminantem* cantantem carmina. *seria* .i. utilia. *serietas* utilitas. Vnde in eadem epistola dicitur *Reditum est in publicam serietatem. rostra.* Rostra nauium hostium deuictorum in foro ponebantur publico ubi praetores ius dicebant. *contionante* .i. loquente et recitante in contione. *lati claui.* Clauu*s* est quoddam genus pallii ex purpura facti et est latum et magnum. Quo induebantur nobiles. *quisquilias* .i. turpe carmen meum. Quoniam quisquili*ae* sunt sordes et rudera .i. purgamenta quae a domo eiciuntur. *Clios* Musa. *phalerae* proprie sunt ornamenta equorum et hic ponitur pro coloribus rhetoricis et flosculis. *epitaphistarum* .i. eorum qui scribunt epitaphia supra mortuos. *Epitaphium* uero dicitur super sepulcrum ab epi supra et taphos sepulcrum. *neniis* .i. cantibus qui cantabantur supra mortuos.

I. 10. Sydonius Campaniano Salutem.

Accepi per praefectum. Campanianus iste qu*ae*stor erat a senatu Rom*ae* constitutus .s. ut senatui in adquirenda annona tempore famis seruiret. *sane* certe. *raptim* cito. Vnde uersus Nam data raptim etc.

I. 11. Montio.

Petis. Iste Montius rogauit Sydonium ut ei mitteret quandam inuectionem quam fecisse dicebatur de P*ae*onio qui plebeius erat genere et ad honores per scelera sua et

Fol. 144b. factiones a*s*cenderat. Quia ut filiam suam nobili uiro daret dedit cum ea infinitam pecuniam. Qui etiam semel cum imperator mortuus esset et esset regnum sine domin*o* sua auctoritate inuasit Gallos regendos. *disertissime* sapientissime. Vnde *disertus* sapiens. *perperam* malum et iniquum uel fraudulenter. *themati* materi*ae*. *Calaber* Horatius. *nuditate.* Ille nude loquitur qui de rebus ob*s*cenis loquitur. Ob*s*cenum autem dicitur a c*ae*no quod est lutum. Vnde ob*s*cenius .i. foedius. *capessendo* .i. cupiendo. *factione* coniuratione in malum uel deceptione. *fascibus* honoribus. *interregnum.* Vna est dictio et est inter regnum .s. illud spatium quod est post mortem praecedentis regis et ante electionem futuri. *numerariorum.* Numerarii sunt, siue nummularii, qui numerant publicum nummum. *codicillis.* Codicillos hic appellat epistolas in quibus solebant scribere Romani aliquibus gentibus ut hunc siue illum reciperent imperatorem uel praefectum uel in aliquem alium magistratum. *tribunal* sedes iudicis. *uitricus* dicitur qui habet matrem alterius in u*x*orem. Vnde uersus Vitricus et gladiis et acuta dimicat hasta. *praeconia* .i. laudes. Vnde praeconor naris .i. commendare. *postridie* aduerbium .i. post triduum. *edulium* .i. prandium ab edendo. *Caesaris.* Omnes principes antiquitus dice-

8. concionante. 9. clauum. 12. rethoricis. 14. cantibustantur. 15. Campaniano *sic cod. Laud.* 18. Nam data raptim] *Non repperi.* 21. peonio. 22. accenderat. 23. domina. 25. temati. 26. obcenis *et sic semper.* 33. uictricus. 34. uersus] *Ouid. Rem.* 27 *ubi* dimicet Victricus. preconia. 36. Cesaris.

bantur Caesares. *cachinnus* .i. cum risu derisio. *stipadium* a stipe pandenda uel a stipando dicitur. Est enim tabula rotunda super quam fercula panduntur uice stipis. *decernas* .i. iudices. *simultatibus* .i. latentibus odiis. *exertum* .i. extractum. Vnde *mucro exertus*. Est autem exero ris idem quod extendo unde dicitur Ingessit se super exertam ceruicem .i. extensam. *pressus* .i. coactus. *conglobatorum* in congerie circumpositorum et dicitur a globo quod est congeries uel aceruus uel strues uel agger unde aggero ras.

II. 1. Hecdicio.

Duo nunc. Hanc epistolam scribit Sidonius Hecdicio, fratri uxoris Sydonii, fortissimo .s. militi, inuitans eum ut in Aruerniam redeat ad expugnandum et expellendum Seronatum crudelissimum tirannum qui Aruerniam depopulabatur cum eam regere deberet. Seronatus proprium nomen est et dicitur Seronatus per antifrasim quasi nimis cito natus quia tirannus numquam deberet nasci. *propinare* est proprie potum afferre uel ministrare. *ex asse* perfecte. *dissimulati.* Quia mos est tirannorum antequam habeant honores aliquos simulare se esse simplices et iustos. Cum autem ad honores peruenerint statim ostendunt sub qua pelle prius latuerunt. *per dies* .i. De die in diem et magis et magis. *seruiliter* .i. uiliter .i. citra honestum modum. *addicit* iudicat. *ructat* 'ruter' romanice dicitur. Inde ructus tus tui. Vnde dicitur Ructu uesano. Eructare uero producere. Vnde Eructauit cor m. u. bon. *apicibus* litteris .i. elementis primis. Et dicitur apex quod superscribitur litterae uel summitas cuiuslibet litterae. *comparauit* emit. *numerarii* sunt qui publicum nummum recipiunt et in scripta redigunt quid acceperint.

II. 2. Sydonius Domitio suo saľ.

Ruri in rure. *causaris* conquereris. *decedit* .i. cedit .i. dat ei locum. ponitur tamen decedere pro mori uel pro migrare ab hoc saeculo. *axem scithicum* .i. polun septemtrionalem. *squalet* .i. durescit. *Squama* est illud uillosum et durum quo tegitur piscis. *hiulcis* .i. apertis ab hiando. *carbaso* .i. uelo .i. lineo panno. Quia carbasa sunt ex lino. *bombice* .i. ueste serica. Quoniam bombix est uermis qui sericum emittit. *endromidatus* uestitus pellibus siue pellicea grossa ex ouibus facta. *auenter* id est auide ab aueo aues quod est cupere. Inde auidus quod est cupidus uel improbus. *caedua* dicitur illa silua quae si caedatur cito succrescit alia. *strues* lignorum est fasciculus simul ligatus. *imbricarentur* imbrices sunt stillicidia in quibus aqua imbrium recipitur, et concaua sunt. *lacunar* est †illa summitas domus. *lubrici* pugiles .i. athletae qui inunguunt se oleo ut facilius elabi possint a manibus oppugnantium. *palaestritae* .i. luctantes. Quoniam palaestra est lucta. *gimnasiarchae* dicuntur magistri gimnasii .i. scholae palaestricae.

1. cesares. stipadium] *sic etiam in Laud.* 104 *scriptum est* a stipe uel a stipando dicitur pandenda. 3. mucro exertus *etiam Stat. Theb. X.* 412 *reperitur*. 9. aruenniam. 10. serenatum. aruenniam. 13. dissimilati. 18. Eructauit cor. m. u. bon. *Psalm. XLIV.* 1. 19. comparauit *immo* comparat. 21. II. 2. Domicio. 25. hyando. lineo. 26. bombex. endromedatus. 29. *Cf. Dig. L.* 16. 30 Silua caedua est, ut quidam putant, quae in hoc habetur, ut caederetur. Seruius eam esse quae succisa rursus ex stirpibus aut radicibus renascitur. 31. †illa] *Notandus hic usus pronominis, ubi nos dicimus* 'so and so' *uel* 'one,' *ut ex conpluribus locis Digestorum ostendit H. I. Roby, Introduction to Iustinian's Digest, p.* 145. allete. 32. palestrite.

genuino conchylio .i. naturali rubore. *tugurria* .i. domus pastorum. *mapalia* sunt domus paru*a*e mercatorum dictae a manu et palo. Differentia inter *pilam* et *columnam*. columna fit ex uno solo lapide uel ligno, pila ex multis lignis uel lapidibus simul appositis. Vnde dicitur pila pontis et monasterii. *Columna* uero medius lapis in fenestra supportans superluminare. *canales* sunt ubi aquae currunt in plumbis. Haec *iuba* .i. 'creste' et proprie dicitur equorum. *collirium* dicitur a lirin Gr*a*ece quod est uarium Latine. Inde collirium quasi ex pluribus commixtum. *extimus* .i. extremus. *appendicium* .i. 'Appentiz.' *animatus* .i. 'espris.' *fuligo* 'soth.' *camino* .i. 'chemenee.' *abstemius* abstinens a uino. Vnde temulentus quasi plenus temeto .i. uino. *cubicularius* 'chamberlene.' *dormitare* frequenter dormire. *dormire* uero notat magnum somnum. *uolupe* .i. uoluptuose. Vel *uolupedales cicadae* .i. 'grisilim.' Quia uolant circa pedes. Sicut *nudipedales homines* quia nudis incedunt pedibus. *oscines corui* quia nimis clamando os aperiunt. *philomela* 'Russenole.' *Prognen* hirundinem quia mutata erat in hirundinem. *minurientem* .i. uocem minutim proferentem. *armentalem camoenam* .i. 'frestel.' Et sunt foramina illa sic proportionaliter facta ut am*o*ene canat. *insomnes* uigiles. *titiri* pastores a Titiro Virgiliano pastore. *greges tinnibulatos* .i. sonantes cum tintinnabulis. *per depasta buceta* .i. per pinguem pasturam quoniam ibi pascuntur boues. Quia oues de nocte pascuntur in loco ubi in die boues pascebantur. *Lenocinabuntur* .i. exercebunt lenocinium .i. libidinem. Sed in hoc loco dicitur *sopori tuo lenocinabuntur* .i. allicient te sopori. Quoniam lenones romanice sunt 'amacheurs.' *uulgare* publicare. *tilia* .i. quoddam genus arboris quod romanice dicitur 'teil.' *alluuio* .i. latens aqu*a*e incrementum. *humectare* .i. facere humidum. *coalescit* coagulat. *algidis* frigidis. *litoribus algosis* .i. lutosis. Quoniam alga est quod mare eicit et in mare crescit. *turgescit* .i. tumescit. *salebratim* .i. saltuatim. Quoniam salebrae sunt loca aspera et saxosa. *per cola subterranea* .i. per meatus. *abdomen* minis .i. pinguedo. *lemborum* .i. scapharum. *lubrici scirporum cirri* cirrus Romanice 'loc.' *lubrici* ex aqua. *uluarum* quaedam herbae sunt quae in uiuariis super enatant. quas si detrudas in aquas statim resurget sicca. *salicum glaucarum* quia glaucum colorem habent .i. pallidum. *naualibus giris* .i. circui-
Fol. 145a. tionibus. *Scrupulus* dicitur esse in quaestionibus difficilibus. Dicitur etiam scrupulus lapis qui calcantibus molestiam infert. Inde dicitur scrupulosus animus .i. molestus. Inde scrupulosa res aspera et difficilis.

II. 5.

Labirintum .i. domus D*a*edali.

7. *appendicium*] *sed codices Sidonii habent* appendix, *quamquam* appendicium *reperitur apud Hieronymum*. 10. sompnum. 11. uel uolupedales] *Videtur esse coniectura glossatoris*. 12. Nudipedalia *uocabulum Tertulliani et Hieronymi. Fuerunt sacra nudis pedibus facta ut pluuia eliceretur. Petron.* 44. Antea stolatae ibant nudis pedibus in cliuum . . . et Iouem aquam exorabant. Itaque statim urceatim plouebat; aut tunc aut numquam: et omnes redibant udi tamquam mures. 12. Oscines] *Varro L. L. VI.* 76 Oscines quae ore faciunt auspicium. 13. philomena. prognem. 14. camenam. 15. amene. insompnes. 22. Coaggulat. 23. Algoso litore *legitur ap. Auson. Epist. VII.* 2. 43. littoribus. in mare crescit] *Vnde hoc sumpsit? Ipse* in mari *dicturus erat.* 26. cirporum. lubrici.

II. 7.

Ex solido .i. ex toto.

II. 8.

Iustitium dicitur quasi iuris statio. *Vispiliones.* Quidam dicunt esse differentiam inter uispiliones .i. latrones qui ui spoliant et uispillones qui mortuos ad tumulandum deportant, sed unum trahitur ab alio .i. romanice 'ribauz.' *sandapila* .i. feretrum. Vnde *sandapilarii* portantes feretrum. *libitina* .i. feretrum, per contrarium sic dictum quia minime libeat. *neniam* .i. cantum supra mortuos. *Prensitare* .i. prendere. *decimam trieteridem* .i. xxx^{mum} annum. Quoniam *e*teris est annus. Inde tri*e*teris .i. spatium trium annorum.

II. 9.

Sidonius Dionisio Sat.

Quaeris interrogas. *prodere* propalare. *destinatis* .i. missis. *exploratores* .i. 'espies.' *aucupari* .i. aues capere. *pastoria diuerticula* .i. locus ubi pastores diuertebantur propter pluuiam. *culina* .i. coquina. *lancem* .i. libram uel discum. *catastropharum* cata iuxta strophos conuersio. Inde catastropha dicitur sp*ha*era quae uersatur in manibus. *competitiones* .i. interpellationes. *tesserarum* .i. talorum. Inde *tesserarii* .i. magistri talorum. *affatim* .i. habunde. *pluteos* .i. 'karoles' supra quos scribunt clerici. *machaera* gladius longus ex una tantum parte acutus. Inde *archymachyrus* uir habens potestatem faciendi iuris. *clepsydra* .i. horologium aquaticum dictum a clepo pis quod est furari. *iurulenta caro* .i. caro elixa, a iure .s. in quo caro decoquitur. Ius autem plures habet significationes. Dicitur enim ius necessitudinis .i. sanguinis. Vnde Iste iure necessitudinis .i. consanguinitatis contingit mihi. (Dig. I. 1. 12.) Locus etiam in quo ius redditur (Dig. I. 1. 11) dicitur ius. Vnde Confessi in iure pro conuictis habentur. Ius etiam dicitur potestas. (Dig. XXVI. 1. 1, Inst. I. 13. 1.) Ut cum dicitur Iste est sui iuris. Ius quoque dicitur instrumentum uel forma petendi. Vt Actio est ius per se qu*ae*rendi quod sibi debetur .i. forma uel instrumentum quo quisque quod suum est petit. (Dig. XLIV. 7. 51.) Ius quoque dicitur iuris rigor. Vt ibi Inter ius et *ae*quitatem etc. Ius praeterea dicitur cibus delicatior quem nos uulgariter dicimus salsamentum uel condimentum. Vnde Terentius Panem atrum in iure hesterno deuorauit. Vnde uersus Vt facias offas in iure meo tibi do fas. Nam et aqua crassior in qua carnes sunt elixae non simpliciter ius sed ius carnium dicitur. Ius quoque dicitur meritorium. Sicut habes in distinctione iustitiae. Vnde Iustitia est constans et perpetua uoluntas

4. Iusticium. 7. Sandapili. 9. triateridem. teris. triateris. 11. Dionisio] *Cod. Laud.* Donidio. satt. 15. sphaera] *aperte uitiosa interpretatio.* 17. machaera] *Isid. Orig. XVIII.* 6. 2. 18. Archimacherus magister coquinae *affertur a Du Cangio ex reg. cod. Paris.* 7679. *Addit codex* Sed saepissime ponitur pro senescallo et hic et in benefy. *At nihil ap. Senecam de archimachiro, sed uidetur respicere locum de Benef. V.* 24. 19. clepsedra. 25. ius per se quaerendi] *immo* persequendi *ut ex Inst. IV.* 6. 1, *Dig. XLIV.* 7. 51 *ostendit mihi T. E. Holland, cui hos locos omnes ex Inst. et Dig. debeo.* 29. Terentius] Eun. V. 4. 17 Quo pacto ex iure hesterno panem atrum uorent *ubi Bembinus habet* deuorent *teste Vmpfenbachio.*

ius suum cuique tribuens .i. meritum. (Dig. I. 1. 10.) *paulisper* .i. parumper. *marcida* .i. 'flestrie.' Vnde hic dicitur *Torpore meridiano paulisper equitabamus quo facilius pectora marcida cibis cenatoriae fami exacueremus. asseclarum* .i. famulorum .i. uernulorum. Dicitur enim uernulus et uernula. *stridere* .i. 'Crustre.' *quamprimum* .i. cito.

II. 10.

Vsque quaque .i. perfècte. *postquam ab alterutro discessimus* ego a te et tu a me. *pronuba*. Pronuba est illa quae cum noua nupta domum uiri nupti petit ut eam custodiat et ei seruiat. *stupula* romanice 'stuble.' *culmus* .i. 'caume' .i. stipula. *bractea*. Bractea est lamina spissa auri. Vnde habetur in hymno quodam quod tres magi optulerunt domino tus et mirram et bracteam. *prasinum* uiride quod romanice dicitur 'prasine.' Vnde *uitrum prasinum* (u. 15). *esseda* dorum uehicula sunt. *moderator* dicitur magister redae. *belciariorum* .i. monachorum. Vnde hic dictum *Curuorum chorus belciariorum* (u. 25). *amnicum celeuma*. Celeuma dicitur cantus nauticus. *oppido* .i. ualde. *meminens* .i. 'remembrant.' *depretior* aris .i. 'despreiser.' Vnde *appretior* est pretio emere.

II. 11.

Discretione separatione a discerno nis quod est separare. Vnde dicitur Discernit Graecum a Latino.

II. 12.

Lembum .i. scapham.

II. 13.

Fascium .i. honorum. *uertiginem*. Vertigo est in capite morbus quo uexatus putat domum circa se rotari. *anterius* .i. prius. *cinnamomum* romanice 'canele.' *Tantalio*. Tantalus secundum fabulam in aqua et inter poma est et cum uoluerit bibere effugit aqua et cum prandere effugiunt poma. Igitur inter copiam perit. Et talis est poena auari.

II. 14.

Iani .i. ianuarii. *Numae* .i. februarii quoniam illum mensem addit Pompilius. *ninguidos* quoniam tunc ningit et dicitur a niue.

III. 2.

Semirutis a semi quod est dimidium et ruo is. *indefessim* .i. indesinenter. *redhibetur* .i. iterum habetur.

8. culmus] *An* culmis *legit glossator pro eo quod habent MSS.* tubis? 9. hymno] *de Natiuitate Domini Tom. VI. p.* 251 *ed. Pisaur. Poetarum Lat.* Tus Deo, myrrham trocleten humando, Bracteas regi chryseas tulere. *Sed et in hymno ap. Daniel Thes. Hymnologicum, p.* 80 *est* Tus myrrham et auri bracteas Larga obtulere munera. 10. thus. Prassinum. 11. prassinum. 12. helchiariorum. 14. Deprecior. Apprecior. 22. cinnamomum] *uulgo editum est* cinnamo. 23. Tantalus] *Videtur glossator respicere uersus* Non bibit inter aquas poma aut pendentia carpit Tantalus infelix *qui et ap. Petron.* 82 *et Fulgent. Myth. II.* 18 *extant.* 24. et igitur. 27. Nume.

III. 3.

Ferme .i. fere. *calx* cis .i. 'talun' et *calx* pro resoluta terra .i. 'cauz.' Et ponitur pro fine ut in calce libri. Idem est et *cardo*, ponitur enim quandoque pro fine, et est proprie id quo uertitur ostium. *duodeuiginti* .i. duo minus quam .xx.[ti] .i. .x. et .viii. *sellarum equestrium* .i. equorum. *madefacta sudoribus fulcra* .i. 'feutremenz.' *liues-centibus* .i. 'Empallisanz' a liuesco. Vnde urina liuida .i. pallida. Dicitur et liuida cesaries .i. 'bloie' non quia alba ex toto sit sed modicam speciem candoris habet ad modum palloris. *tripudiantes* .i. gaudentes. Vnde tripudium .i. 'Tresche' et tripudiare .i. gaudere et terram pedibus terere. *inopinatis* .i. non putatis. *nox succincta* .i. breuis et aestiua. *deceruicatis* .i. decollatis. Quoniam ceruix est ubi capud et collum con-ueniunt in occipite. *uillis crinitum* .i. crinibus. *rogalibus fragmentis* .i. torribus quod romanice dicitur 'tisun.'

III. 6.

Iactitant .i. iactanter dicunt. *liuidi* .i. inuidi.

III. 7.

Garrio .i. murmuro .i. 'iangler.' Inde garrulus .i. romanice 'ianglur.' Vnde *Garrulo* [*respondere uel*] *non respondere conuitium est*. *facilitas* est in paruis rebus, *facultas* in magnis. Vel *facilitas* .i. facile est *scribere paupertinum sermonem* sed non est *facultas* .i. ars, quoniam artes facultates dicuntur. *summa censura* .i. iudicium. Quoniam censere est iudicare. *Par comitas* .i. facetia. *tantisper* .i. tantum. *dies ninguidus* .i. niuis. *nox illunis* .i. sine luna.

III. 9.

Fol. 145[b].

Inconciliantur .i. inimicantur quoniam inconciliari est inimicari. *Sarcina* .i. honus *argutus* tres habet significationes. Dicitur enim argutum .i. sonorum. Vnde Argutum forum (A. A. I. 80). Iterum argutum .i. astutum. Inde argutia .i. astutia. Iterum argutum .i. strictum uel angustum uel breue. Vnde Argutum foramen. *gerulus epistolarum* .i. portitor. Vnde componitur *nugigerulus* (Sid. VII. 7) .i. portitor nugarum .i. uanae locutionis et scurrilitatis. *contumax* est ille qui uocatus in ius uenire contemnit.

III. 11.

Summates .i. summi uiri. Vnde magnates .i. magni uiri. *praeconia* dicuntur a prae-cone. Vnde praeconari .i. laudare.

III. 12.

Bustualibus fauillis .i. combustis. *Scrobem* .i. foueam. *sidentibus* .i. 'abeisanz' a sido dis vnde gemina super arbore sidunt (Aen. VI. 203). *lapicida* siue lapidicida lapidis caesor. *fors* .i. forte. *postumo* .i. posteriore. *inferias* obsequia mortuorum ab inferis. *manibus* .i. animabus et dicuntur manes apud inferos, umbra circa corpus, anima in corpore.

III. 13.

Pensi .i. ponderis uel librati. *signifer* dicitur primipilarius .i. uexillarius. *gurges* est ubi in aliquo loco angustato maxima aqua defluit ut in molendinis. *concinnato*.

17. facillitas. 25. hastutum. hastutia. 30. māgnates. 34. lapidicia. lapidiscida. 38. lib[a]ti. 39. concinnato] *Non.* 59 Cinnus est commixtio plurimorum, unde concinnare dicitur.

Cinnus est quaedam confectio ex multis speciebus. Vnde dicitur Concinnabat dolum .i. componebat. *dicax* quia uerba eius nullum habent saporem. *ridiculus* quia multotiens fingit risum uel *ridiculus* quia facit alios ridere. Vnde Parturiunt montes nascetur ridiculus mus (*Hor. A. P.* 139). *osor ieiuniorum* .i. habens ieiunium exosum. *in uomicas* .i. in nauseas. *si fatiget* s. alios conuitia dicendo. *si fatigetur* ab aliis, .s. quasi diceret, si alii derideant illum, tunc .s. *fertur in furias*. *obsonia* dicuntur xenia .i. munera quae post somnum offeruntur. *faeculentiae* .i. plen*ae* f*a*ece. *enimuero* .i. sed. *cadauer rogale* dicitur quod in [.i. Re.] rogo ponitur ad ardendum. *fascibus* .i. 'brandun' .s. torribus ardentibus. *sidente* .i. 'abeisant.' *strue* .i. congerie. *torrium* .i. 'tisuns.' *pirae* .i. rogo a pir quod est ignis. *pollinctor* magister rogi qui corpora uel cadauera mortuorum ignibus imponit. *barrinas* aures .i. elefantinas. Quoniam barrus est elefans qui maximas aures habet. *nodis tofosis*. Tofus est quidam lapis cauernosus, foraminosus, aptus ad testudines faciendas, quoniam cauernis suis bene recipit caementum et calcem. qualem lapidem Turonis habent. *simum* .i. pandum .i. curuum. *gingiuae* sunt illae carnes quae protuberant circa dentes. *uerrucis* .i. 'uerrues' .i. 'wetten.' *spurcat* .i. coinquinat. Vnde spurcus .i. sordidus uel immundus. *esculenta* .i. plena cibis uel escis. *sentina* dicitur locus clo*cae*, unde inferior pars nauis, ubi totae sordes sunt nauis, dicitur sentina nauis. *umbrae laruales* dicuntur lemures .i. noctur*nae* fantasi*ae*. Vnde dictum est de Sancto Cudberto quod multas effugauit laruas .i. umbras demoniorum. *uibex* uibicis est uestigium uirgae apparens in dorso uel alibi. *chiragrica manus*. Idem quod est in pedibus podagra idem est in manibus c*h*iragra a c*h*iros quod est manus inde c*h*irot*h*eca. *cataplasma*. Cata iuxta plasma formatio. Inde cataplasma .s. emplastrum eo quod cum manui apponitur, morbose eandem formam contrahat quam habet manus, sicut cera accipit formam sigilli. *alarum* romanice 'essele' idem est acella .s. fossicula illa quae sub brachiis est. *specubus* .i. antris siue fossiculis. *bircosis* .i. fetidis ab hyrco quod est fetidissimum animal. *acescentibus* romanice 'en egrisanz' ab aceto. *uallatus* .i. circumdatus a uallo quod romanice dicitur 'bailli[e].' *Ampsancti* .i. illius f*a*etoris. Vel Ampsanctus potest appellari uligo proueniens ex locis palustribus illius fluuii .s. qui dicitur xanctus et ab am quod est circum. *duplicis* quoniam f*a*etor alarum eius .i. acellarum in duplo uincebat f*a*etorem Ampsanticum. *aruinae* pinguedinis. *casses* retia, sed hic uocat casses plicaturas uentris et sulcos qui in uentre pingui reperiuntur. *ruga* dicitur complicatio siue contractio pellis humanae proueniens ex nimio labore uel senectute. *abdomen* .i. pinguedo .i. 'seim.' *clunes* .i. nates. Vnde dicitur Clunes agitant (*Iuuen. II.* 21). Inde clunabulum .i. gladius paruus sic dictus quod religetur ad clunes (*Isid. Orig. XVIII.* 6. 6). *inpetere* .i. inuadere. *cuniculis*. Cuniculi dicuntur quaedam animalia quae romanice dicuntur 'cunis.' Et cuniculi dicuntur illorum foueae. Vnde prouerbium Sidonii Qui alium *non potest machinis apertae* [.i. discordiae] *simultatis inpetere, cuniculis clandestinae proditionis inpugnat* .i.

1. concinnabat dolum] *non repperi*. Concinnare ambages *legitur ap. Apul. M. VIII.* 12. 6. exenia. 7. sompnum. feculentie. fece. 8. fascibus] *an* facibus? 14. simum] *Non extat in hac epistula, ubi tamen* per marginem curuum protuberantibus. 25. acessentibus. 29. dupplicis. 31. repperiuntur.

Qui non potest aperte detrahere detrahit occulte. *prostitutio* meretricatio. Vnde prostituuntur meretrices. *Hisco* .i. hiare, unde de*h*isco .i. aperio. Vnde fatisco [.i. deficio] .i. multum hisco a fatis quod est multum. Vnde affatim .i. habunde, ab ad et fatis.

IV. 1.

Necessitudo .i. consanguinitas uel uinculum amoris. *meracius* .i. purius. *controuersantur* .i. confligunt. Vnde controuersia .i. certamen. *fratres patrueles* .i. filii duorum fratrum, fratres autem patrueles magis solent se diligere quam duo fratres, quia inter duos
Fol. 146a. fratres maxima solet esse inuidia super paterna hereditate diuidenda; sed fratres patrueles non habent aliquam hereditatem corporalem. *comicus* .i. a comedia. *lepidus* a lepore .i. a facetia. *liricus* .i. uaria metra componens a lirin quod est uarium. *pane'girista.* Pan*e*giricus est laus ficta principum. *epigrammatista* est ille qui scribit et materiis inponit metrum la*s*ciuum uel profani la*s*ciuiam, ut Hodie cum pretio cras sine pretio. Hoc supra scriptum erat in balneis quasi sophistice. *categorias* .i. praedicamenta. *atticissabas* ab Attico .i. Gr*a*eco .i. gr*a*ecissabas, vnde Attice .i. Gr*a*ece. *fibra* .i. uena. *egelidare* .i. extra gelu ponere. congelidare .i. simul gelare. *ferociam* .i. s*a*euitiam. *stoliditatem* .i. stultitiam. *brutescit* more brutorum animalium. *perennare* .i. perpetuare .i. facere perpetuum.

IV. 2.

Enimuero sed. *prodigis* .i. erogas large et dicitur a prodigalitate. *exoccupatu* .i. magna occupatione. Quoniam exoccupatus est una dictio et ex ibi positum significat intensionem occupationis. Ex quandoque augmentatiue ponitur, quandoque priuatiue, ut exauctoratus auctoritate priuatus. Augmentatiue ut hic exoccupatus. *praepedimentum* .i. inpedimentum. *ambiguo caret* .i. dubio.

IV. 3.

Committi .i. 'forfere.' *pugillaribus* .i. paruis tabulis quae in pugno feruntur. Vnde pugillus .i. paruus pugnus. *uolas* .i. palmas et inde *inuolare* .i. furari. *latialiter* .i. latine. *rusticabuntur* .i. rusticitati deputabuntur. *astipulatur* attestatur. *prohemiaris* .i. in prohemio. *tribulosum* .i. spinosum. Vnde tribulos dicimus. *admittit* .i. recipit. *censura* iudicium. *euentilata* discussa et intellecta. *scaturigines* proprie ebullitiones fontium. *hyperbolicas.* Hyperbole est dictio fidem excedens ut aquilis uelociores leonibus fortiores (*2 Sam. I.* 23). *tapinomata.* Tapinoma est humilitas rei magnae. *baculo* quia baculo innituntur aegri. *Orpheo.* Orpheus quidam sapiens erat qui per citharam suam et eloquentiam conuocauit in unum .i. in concordiam et humanitatem dura saxa .i. homines incultos.

3. fatis] *Seru. ad Aen. I.* 123 fatim abundanter dicimus, unde et adfatim, hiscere autem aperiri, uerbum frequentatiuum ab hiare. *Placidi Glossae p.* 48. 3 *Deuerling* Fatisceret abunde aperiretur. 10. lirin] *num λειρίοεν quod ποικίλον interpretatur Hesychius?* panigirista. 11. panagiricus. 12. laciuum. laciuiam. 20. exoccupatus est una dictio] *Verum hoc nec a quoquam, quantum scio, enotatum.* 22. exauctoratus] *cf. Macrob. S. I.* 5. 3 Mille denique uerborum talium est quae cum in ore priscae auctoritatis crebro fuerint, exauctorata tamen a sequenti aetate repudiataque sunt. 30. yperbolicas. yperbole.

horoscopi dicuntur qui horas natiuitatis hominum uel horas dierum speculantur. Vnde horoscopium .i. horologium ab hora et scopos quod est intendere. *circinum*. Perdix iuxta Ouidium repertor circini fuit et dicitur hic circinus quod est romanice 'Cumpas.' Vnde *circinari* .i. 'Cumpasser.' *Atlanta*. Atlans erat astronomicus. Vnde quidam mons dicitur Atlans quia altus est et uicinus sideribus (*Isid. Orig. XIV.* 17). *exertat* .i. praeparat exerto brachio et extenso, ab exero ris, quod est extra ponere. *simbolum* in neutro genere coniunctionem uel communionem significat quod romanice dicitur 'cumfre,' a sin quod est con et bolus quod est 'morsel.' *commessatio* idem est. *affluit* .i. habundat. *commaticus* .i. distincte in eo tractatur per com*m*ata. *phalerata* .i. ornata. *ampullosis uerbis* .i. grossis. Vnde dicitur ab ampulla, quod est ampla bulla. *tesqua* sunt loca inam*oe*na praerupta et aspera, et est tesqua nomen indeclinabile. Et sunt tesqua contraria tempe. *confraga* sunt loca montuosa in qua*e* uenti undique concurrunt ac sese frangunt. *inpactae* professionis ab inpingo gis quia quodammodo inuitus factus fuerat Sidonius episcopus. Vnde dicitur uulgo Aduersitas inpacta est mihi. *uenula* .i. parua fibra. *cathedrarios* quoniam minores iudices sedent in cathedris, maiores autem in tribunalibus. *rauula* dicitur calumpniator.

IV. 4.

Pariles .i. pares. *perindignum est* .i. ualde indignum.

IV. 6.

Cordicitus .i. usque ad cor. *difficulter* .i. grauate unde *nec difficulter*. Immo faciliter. *album calculum*. Solebant antiqui in fine cuiuslibet diei in ollam quamdam lapillulum proicere. Si autem illis dies bonus esset album, si autem malus, nigrum. Et in fine anni solebant aperire ollam illam et computare an ibi essent plures lapides albi an nigri. Si autem plures essent albi, dicebant illum annum illis fuisse felicem. Si autem plures nigros inuenissent dicebant illum annum illis fuisse infelicem. *plectibili* .i. punienda. *procax petitor* .i. inprobus. Inde procaciter. *cautos* .i. astutos. Vnde cautela .i. euitatio. Vnde †inuitas patrum legimus quod quidam frater ueniam de praeteritis postulabat delictis et fortitudinem ad cautelam futurorum .i. euitationem. *Sectatores litium* .i. placitatores litium .i. causarum. Vnde placitor idem est quod causari uel licitari.

IV. 7.

Admissus .i. receptus. *Et crapulis ceparum* crapula est superfluitas sumpti cibi. *ceparum* .i. 'vinnuns.' Et declinatur hoc cepe et pluraliter h*ae* cep*ae* parum. *apicios* .i. nobiles. *epulones* qui nobiliter comedunt. *chironomontas* .i. quasi mouentes manus.

IV. 8.

Artifex argentarius qui facit uel operatur illud. *ferrarius* qui ferrum. Sic *lignarius*

1. *Horoscopi*] Hesych. ὡροσκόπος ὁ σκοπῶν τὰς ὥρας. 2. Perdix] *nomen non est ap. Ouidium M. VIII.* 247–9, *sed uocatur filius germanae Daedali.* 9. comaticus. comata. 12. in qua uenti. 20. difficultas .i. grauedine. 22. prohicere. 26. hastutos. 32. he cepe. 33. chironomantas. senescalcos quasi.

qui operatur uel sculpit in ligno sculptura uel incisione aliqua. *patrocinari* .i. adiuuare. Vnde *patrocinium*. *famulari* .i. obsequi.

IV. 9.

Paludamentum est insigne pallium imperatorum cocco purpura et auro distinctum et dictum est paludamentum quia eo indutus imperator palam sedebat in diebus festiuis et palam faceret bellum suum futurum.

IV. 11.

[*Extorquere* .i. extra ponere. Vnde dictum est Difficile est clauam extorquere a manibus Herculis.] *hoc schema* .i. ornamentum. Vnde est sc*h*emate uerborum etc. *phonascus* modulator a phonos quod est sonus .i. cantor qui solebat antiphonam incipere. *classes*.

Fol. 146[b]. Classica sunt cornua quae conuocandi causa erant facta et a †kalon classica dicebantur. *antistes* .i. ante stans. *fasce* .i. honore.

IV. 12.

Conformis .i. similis. *bilem* .i. iram. *inexoratus* .i. inflexibilis ad faciendum. *balbutire* .i. 'st*a*merie.' *caecutiret*. Caecutire est oculos prae confusione frequenter et citius claudere et dicitur a caecitate. *replicare lectionem* est eam iterum recordari et relegere. *officiat* .i. noceat.

IV. 13.

Cothurnus .i. crepida .i. 'bote.' *tensus* quoniam stricte sedebant circa pedem.

IV. 14.

Haec insiticia idem est quod insitio .i. 'entement.' Vnde Ouidius (*Rem.* 195) Venerit insitio fac ramum ramus adoptet. Vnde Sidonius *Hanc inte ipse uirtutem si naturalis est excole, si minus, ut insiticiam appone* .i. eam insere quod est Romanice 'enter.' Et dicitur ab insito insitiuus uel insiticius.

IV. 15.

Lectisternia sunt cubicula strata in area domus. *crepulo* .i. sonante a crepo pis. *fragore* fragor arborum. *cocleatim*. Cocle*ae* sunt alt*ae* et rotund*ae* turres et dictae sunt cocleae quasi cicle*ae* eo quod in eis tanquam per circulum ascendatur et inde coclear 'cuillere.'

IV. 17.

Limitem .i. ueritatem quoniam limes rectus est. Vel *limitem* .i. finem. Vnde

1. adiuuari. 4. Paludamentum] *Isid. XIX.* 24. 9, *cf. Varro L. L. VII.* 37 Quae propterea quod conspiciuntur qui ea habent ac fiunt palam paludamenta dicta. 8. Extorquere] *Ap. Donat. Vit. Vergilii fin. et Macrob. V.* 3. 16 *prouerbium sic extat* clauam Herculi subripere (subtrahere *Macrobius*), *non* extorquere, *quod unde sumptum sit nescio.* 9. scema. 11. Classica] *Isid. XVIII.* 4. 5. a Kalon *cod. Isidori codices habent* a kalando. 26. *Post* in area domus *codex addit haec* strata .i. ornata. Inde hoc stratum .i. ornamentum. Vnde Virgilius (*immo* Claudianus in Ruf. I. 211) Fulgentibus illic Surgunt strata toris. 27. cocleae] *Isid. XV.* 2. 38. 31. .i. ueritatem] *mira interpretatio.*

collimitare .i. 'mancher.' *protbomista* dicitur a proto quod est primus et mista secretum. Inde prothomista dicitur persona primarie mistica intelligens. *euentilandae* .i. consumendae uel consummandae. Quoniam euentilare tamquam per uentum est dispergere.

IV. 18.

Serraca sunt quoddam genus uehiculi. *Esseda* sunt red*a*e.

IV. 20.

Expetere .i. adire. *bonusti* .i. honerati. *cocco* .i. purpura. *perone* .i. anglice 'riueling.' *setoso* quoniam in peronibus seta bouis adhuc manet. *surae* .i. tibi*a*e. *uersicolor* .i. diuersicolor. *saga* 'saie' quoniam ex sago habebant clamides. *limbis* Romanice 'urles' ex rubro panno et ideo subiungit *puniceis*. *renonibus* Renones sunt uelamenta humerorum et pectoris usque ad umbilicum atque intortis uillis adeo hispida ut imbrem respuant. Quae uulgus 'reptos' uocat eo quod longitudo uillorum quasi reptat. Dicuntur autem renones a Reno flumine German*ia*e ubi his frequenter utuntur. *bullatis* a bulla aquae. Bulla autem potest dici omnis nodus rotundus. Vnde quaedam zona ex corio facta dicitur bullam habere in capite pro bu*c*cula. Vnde hic dicuntur renones bullati quia quibusdam nodosis corrigiis circa latera hominis nectebantur ut eo facilius dilaqueari possent. *comebantur* .i. ornabantur. *uncatis* securibus .i. curuis.

IV. 22.

Industrius .i. sapiens ab industria. *saties* .i. satietas. Veritas enim odium parit et obsequium adulationis et falsitatis quandoque parit amicos.

IV. 23.

Abdicatione .i. abnegatione. *culleo.* Culleus est quidam saccus corii in quo proiciebantur qui parentem suum occiderunt et cum eo simia et gallus et serpens et hoc totum in profluentem aquam proiciebatur. Vel secundum aliam litteram *eculeo*. Eculeus est quoddam lignum in dorso acutum super quod equitabat reus ad cuius pedes aliqua ponderosa ligabantur. *suppliciis paricidalibus* a caedendo uel occidendo parem. *magnopere* summopere. *Mag.* .i. magna intentione. *summop.* .i. summa intentione.

IV. 24.

Cauta dicitur esse pecunia feneratori .i. cautione confirmata. Cautio alia fideiussoria, alia pignoraticia, alia hypothecaria, alia c*h*irographaria. *executoris inprobitas* .i.

8. anglice] a (a written above) *codex*. Riueling] Halliwell's Dict. of Provincial and Archaic words s. u. Riveling a rough shoe formerly worn by the Scots. 11. renonibus] *Isid. XIX.* 23. 1, 4. 20. sacies. sacietas. 23. coreus. prohiciebantur. 25. prohiciebatur. 27. parem] *Paulus s. u.* Parici quaestores. Paricida non utique is qui parentem occidisset dicebatur, sed qualemcunque hominem indemnatum ita fuisse indicat lex Numae Pompilii regis (indemnatum. Ita fuisse *C. O. Mueller*).

executorum .i. creditorum. [Cui .s. committuntur causae .i. officiales.] *anterius* .i. prius. *factiose*. Factio est conspiratio in malum. *exactorum*. Exactores sunt illi qui uiolentia aliquid exigunt et ideo hic appellat creditores Turpionis exactores quia nimis perseuerant in petitione pecuniae suae. *indultis* .i. concessis. Indulgere autem plures habet significationes ponitur enim pro operam dare et pro condonare. *sub annis tutelaribus* degunt .i. defensibilibus uel defensantibus, a tutela quod est defensio.

IV. 25.

Per fragores parasiticos parasiticos a parapside. Vnde parasiti qui prope et iuxta mensam assident. *apice uotiuo* .i. illo episcopatu qui multum desideratur.

V. 1.

Non uacans .i. non cessans. *Agnationis* Agnatio est parentela tantum per uirilem sexum descendens. Et agnati secundum legem Romanam prius uocantur ad hereditatem quam cognati defunctorum. Qui cognati sunt descendentes per femininum sexum. *redibitio* a redibeo .i. iterum habeo.

V. 3.

Miserrimum est ante docere quam discere . . . pro foliis. Quod restat. Vnde subiacere correctioni congruit *ne si in praeteritis criminibus manserimus incipiat ad animae potius pertinere mortem quod uiuimus*. Sterilis arbor non habet poma sed folia: ita qui docet et non facit quae docet.

V. 4.

Inputo .i. inpono. *autumo* .i. existimo uel credo. *pessulum opponis* .i. 'pin.' *politis affatibus dulcare* .i. 'enducer.'

V. 5.
Fol. 147[a].

Pronepos. Filius nepotis. *eufoniam* .i. bonam sonoritatem. *astupet* .i. stuporem habet. *curua senectus* quoniam senectus facit hominem curuum. Vnde quidam uersificator Me reddit semper silicernum curua senectus. *arbitrum*. Arbiter est ille in quem se aduersae partes compromittunt.

V. 7.

Manet .i. expectat. *addictos* .i. adiudicatos. *uiatica*. Viaticum est quod datur alicui in uia ad cibum. *ueredariis* .i. magistris redarum quoniam ueredus est equs ducens redam. *portoria* .i. lucra quae accipiunt pro portandis honeribus. *tabellariis*. Tabellarii uel tabelliones sunt publicae personae in uilla quae in actis redigunt maiores actiones ciuitatis. *numerariis*. Numerarii uel nummularii sunt publicae personae quae publico nummo praesunt et in scriptis redigunt quanta acceperint et quanta militibus uel aliis dederint, quibus dari iusserit res publica. Et illis necessaria est dispositio et distinctio et collatio acceptorum et datorum et deliberatio ut sic disponant actiones suas et

1. Cui .s. committuntur] *Videntur duae glossae coaluisse, altera quae executorem interpretetur creditorem, altera quae officialem, h. e. ministrum publicum.* 8. parasisti. 31. tabellariis] tabulariis *editiones Sidonii.* 36. acciones.

traditiones ut sibi praecaueant. Vel *dispositiones* quia qui solent numerare denarios, per aceruos multos .v. solidorum eos disponunt ut facilius post modum sciant quot libras numerauerint. *praetorianis* .i. executoribus praetorum uel iudicum. Nam executores sunt illi qui sententiam iudicis mancipauerint effectui. Et talibus dantur de iure ab actoribus quaedam munera quae uocantur *sportulae* .s. propter illorum laborem et operam. *publicanis*. Publicani sunt illi qui constituti (sunt) a re publica ut tributa regionum et prouinciarum et uectigalia quae inde sunt recipiant. *cinctis* .i. armatis. Vnde Lucanus (*I.* 348) Arma tenenti, Omnia dat qui iusta negat. *discinctis* .i. emeritis .s. ueteranis militibus qui post .l. annorum spatium non apti militiae priuilegiantur ut non de cetero pugnent. *castorinati* .i. ornati pelle castoria pretiosa. Et est castor Romanice 'beure.' *litanias* .i. rogationes ubi litania cantatur. *tractatibus* siue tractationibus .i. in causis tractandis. *cocleae* .i. tortuosi ad fallendum. Quoniam coclea romanice dicitur 'uiz' quasi ciclea ut supra dictum est. [Vel cocleae attrahentes, quoniam est conca cuiusdam piscis qui similariter dicitur coclea et illa coclea difficile aperitur.]

V. 10.

Acrimoniam sententiarum .i. acerbitatem. [*exacerbatus* .i. exasperatus.] *adquiesco* .i. concedo. [*exoculare* .i. oculum eruere.]

V. 11.

Puberes dicuntur a $\overset{\text{or}}{\text{xiiii}}$ annis supra (*Inst. I.* 22).

V. 12.

Vti ut.

V. 13.

Eruderat .i. extra rudera ponit, quoniam rudera sunt quisquiliae domus. *indictionum* .i. exactionum uel tributorum ab indicendo. Vnde compotistae dicunt indictionem xv annorum spatium constare ex tribus lustris. [*elogium* dicitur et eulogium. Vnde uersus Eulogium nobis sonat incrustatio laudis .i. iteratio uel multiplicatio laudis. Elogium uero sermo bonus ore latino.]

V. 14.

Iecorosis .i. a iecore. Vnde iecorosus morbus. *epaticis* [Cels. iv. 15 (8)] ab epate. Vnde morbus epaticus et est idem iecur et epar in homine sed non in nomine. *munitionum* .i. castellorum.

V. 16.

Titulis .i. honoribus uel laudibus. *manubiis* uictorialibus uestimentis uel armis.

1. denarios] đ *cod.* 2. quod. 6. sunt *om.* 8. iuste negat. 9. priuilegiuntur. 11. letanias. letania. 13. cocleae attrahentes] *num significantur* 'snapping cockles?' *Sed uidetur Sidonius idem significare quod Plautus Poen. III.* 1. 29 uicistis cochleam tarditudine. 14. apperitur. 17. exoculare] *non habet quo referatur. Verbum Plautinum est Rud. III.* 4. 26. 25. elogium] *aliunde inuectum est.* 26. Elogium nobis. 30. sed non in homine. 33. manubiae] *Isid. Orig. XVIII.* 2. 8 Manubiae eo quod manibus detrahantur. Hae et exuuiae ab exuendo dictae quia exuuntur.

Quoniam cum quis Romanorum hostem deuincebat assumpsit illius uestes et arma et in signum uictoriae *sus*pendit illa in aliquo loco publico, et dicuntur manubiae quasi manuuiae .i. exuuiae quae manibus capiebantur. [*obsidere* .i. 'Assegger' .i. 'purser.'] *amita* .i. soror patris. *matertera* .i. soror matris.

V. 17.

Mulcedine a mulceo ces. *psalmicenes* canentes psalmos. *torreo* .i. ferueo calore. Vnde Feruida torruit aestas. *palmitis* arboris uineae. *stipites.* Stipitem hic appellat ipsius uineae arborem .i. robur quod in terra crescens supra sursum palos et laquearia huc et illuc distenditur. Vel *stipites* hic appellat palos qui supra et deorsum uineam sustinent. *torpore* .i. marciditate uel pigritia. Vnde Torpescunt .i. pigrescunt. Hoc *linteum* .i. gausape uel manutergium. *uillis* .i. 'frenges.' *honustum* plenum ab honere, uel uillis quia gausape illud uillosum erat. *troclea* dicitur 'pulie' Romanice per quam facilius chorda labitur et hoc gausape tamquam troclea erat circa quemdam baculum cuius baculi duo capita pendebant iuncta cuidam funi et duo capita ipsius gausapis consuta [Fol. 147b.] simul erant ut rotari posset gausape circa baculum illum. Quale gausape in claustris relligiosorum inuenitur. *ambio* .i. cupio.

V. 19.

Soluas .i. dissoluas. Et soluere .i. resoluere. Vnde Horatius Soluitur acris hyemps. *inquilinatu.* Inquilinus est ille qui sub alio domos habet. Sed hic accipitur inquilinatus pro seruitute uel pro originali colono, quia iam dicet hunc seruum esse colonum quem nunc dicit inquilinum. Et est originarius colonus qui ab origine colonariae condicioni est subiectus. Qui non potest a gleba remoueri inuitus nec se remouere inuito domino. *tributario* quoniam huiusmodi coloni domino sua tributa reddunt et annuum censum, qui et tributarii dicuntur.

VI. 1.

Specula. Specula est aliquis altus locus a quo undique aspici possit. *procul ambiguo* .i. procul dubio .i. certe. *desudare* .i. laborare a sudore .s. quoniam qui laborat aliquando sudat prae labore, et *desudare* pro sudare. Vnde Ex eius tumba desudat oleum. *primipilarem.* Quoniam apostolicus primipilaris ad illa quae ad Dominum pertinent, reges autem uel alii potentes primipilares sunt ad illa quae ad saeculum pertinent. Et est primipilaris qui fert ante pugnantes primum pilum .i. telum uexilla deportans. *apostolici* autem *uexilla crucis* sunt insignia primipilaria. *sequestratus* .i. separatus. *calones* sunt portitores lignorum et hic accipiuntur calones .i. peccatorum portitores. *extimos* .i. extremos. *trabariorum* Traharii sunt qui aliqua honera trahunt. Sed hic accipiuntur traharii qui a carnis suae desideriis trahuntur. Virgilius Trahit sua quemque uoluptas. Sidonius ergo se et alios peccatores uocat traharios qui propter uxores suas ad carnis sarcinas trahuntur adhuc. Apotheca repositione. *propinare* propinare est potum a penu ferre. *detrecto* .i. detraho uel contempno.

2. pendit. 6. ferueo] *immo* feruefacio. 7. feruida torruit aestas] *Luc. I.* 214 *ubi tamen* canduit. 9. distunditur. 10. gausape .i. lintheum. 18. *Hor. C. I.* 4. 20. iam dicet] *sequitur enim* plebeiam potius incipiet habere personam quam colonariam. 35. *Verg. Ecl. II.* 65.

VI. 2.

Alienum sicut fecerant Nadab et Abiu filii Aaron et ideo quia ignem prohibitum tulerunt ad altare domini igne c*a*elesti combusti erant. *uadimonia reddo* uadi meo. Et est usualis locutio. *uadis* .i. fideiussor. Vnde cautio fideiussoria.

VI. 3.

Testamentarium. Quoniam aliquis moriens in testamento suo †ei legata uel fidei commissa uel hereditatem relinquit. *togatorum.* Idem sunt togati et aduocati et patroni causarum. *perperam* aduerbium .i. strophose .i. fraudulenter a stropha quod est fraus. *aduocatio.* Consilium aduocatorum .i. togatorum.

VI. 4.

Distractam .i. uenditam. *negotiatoris* .i. emptoris .i. institoris. *defungitur* moritur. Nam cum dicitur, aliquis defunctus est, nihil aliud est quam a corpore liberatus est, quoniam idem est defungi et liberari. *nundinas* emptiones uel uenditiones.

VI. 5.

Causam clientem libertum, nam relatiua sunt cliens et patronus. Et patronus est ille qui manumittit, sicut et ille qui est patronus causae .i. aduocatus.

VI. 6.

Adeps pinguedo. *aruina* pinguedo intestinorum.

VI. 7.

Cicatricentur .i. cicatricibus †ulcerentur.

VI. 8.

Credulis qui*a* libenter creditores credunt illi pecuniam suam sine pignore .i. sine cautione pignoraticia. *intimos agunt* ponitur haec dictio *intimos* hic aduerbialiter. *propediem* .i. cito et est una dictio et aduerbium, et inuenitur similiter hoc modo posita in fine Tullii de officiis (III. 33. 121). *Fontem mercatorum.* Fons mercatorum est fons aquae frigidae. Quoniam mercatores cum in mercimoniis suis proficiscuntur in aliquam regionem, frequentius ex aqua bibunt quam iuxta uiam reperiunt quam ex uino.

VI. 9.

Adornauit Romanice 'apprester.' *gnauiter* .i. caute.

VI. 10.

Domesticis. Domestici fidei sunt omnes Christiani et aliquando uocamus do. fi. clericos ex eadem ecclesia uel ex eadem parochia parochianos. *opipare* .i. laudabiliter.

VI. 12.

Miseratus. Nota quod aliud est misertus, atque aliud miseratus, quoniam unum descendit a misereor eris quod est superiorum, sicut dicitur Miserere mei deus, aliud

11. defungitur moritur] *cf. VII.* 6 defunctus mortuus *codex.* 20. ulcerentur] *num* indurentur? 22. qui. 25. Fontem mercatorem] *interpretatio uix sana.* 32. parrochianos.

autem descendit a miseror raris, quod est omnium hominum, .s. ut possint habere in cordibus suis quamdam miseriam et quamdam pietatem de incommodis et calamitatibus alterius. *indagine* .i. inquisitione. Quoniam indago Romanice dicitur 'parc' s. ubi cerui includuntur. Et nota quod idem est indago nis et indages gis. *pudor* est uerecundia uirtuosa. *in inficias* .i. in negationes ab inficior quod est negare. *commercio* .i. emptione uel uenditione. *significibus* .i. facientibus signa.

VII. 1.

Animositas .i. Romanice 'ardiescc.' *putrem* .i. ex uetustate putridam. *cratem* .i.

Fol. 148a. 'cleie.' Solebant enim obsessi, ut muri ciuitatis illaesi obseruarentur a machinis obsidentium, crates muris appendere. *propugnacula* .i. 'kernans.' *initiari.* Initior aris quadam sua significatione est sacrificare uel sacrificationem incipere habere. Vt alibi dicitur Beelfegor deo initiatur .i. illa ciuitas deo sacrificium libat. *scenae* .i. umbrae .i. theatra. *exinanito* .i. euacuato. *ammonitio.* Ammonitio, ut in Macrobio legitur, est [propter peccata hominum] alicuius futuri incommodi denunciatio. *conuitiaretur* .i. conuitia inferret. *diuinae* .s. ammonitioni. [*perhemdie* .i. perhempto uno die.]

VII. 2.

Primore .i. primo uel *primorum* primatum .i. meliorum. *circumscriptus erat* .i. circumuentus .i. deceptus, et tractum est hoc a littera quae damnatur circumductione lineae. *palatino* a palatio. *diuersorio* .i. hospitio. *friuola* .i. uana, nugis plena. *mimica largitate* .i. ioculari, quoniam mimi .i. ioculatores de magnis maiora loquuntur (*Iuuen. IV.* 17). A nomine quod est mimus dicitur mimicus uel mimica. *conuasatis* .i. collectis. *munificentiae socrualis.* Vnde differentia est inter nurum et socrum. Nurus est uxor filii, socrus est mater puellae. *matrimonialibus* .i. nuptialibus quoniam matrimonium et nuptiae idem sunt. *non paruo* .i. magno. *Corollario.* Corollarium est, ut dicunt geometrae, gratuitum donum quod post debitum confertur gratis. *praestigiator* .i. incantator. *perhyperbolicis* .i. ualde hyperbolicis. *instrumentis.* Continebantur enim in tabulis nuptialibus tanta quae uix possent credi s. quae acceperat Amantius a socru sua et quae Amantius promisit uxori suae in donationibus propter nuptias. Et est hyperbole figura, quando maiora dicuntur de minoribus, ut existimationem hominum supergrediatur. *repetundarum* appellatio est cuiusdam actionis quando aliquis repetit quae alius ab eo acceperit. *mancipiorum* .i. seruorum quia manu capiuntur: quasi diceret, Socrus eius flebat quod filia sua tam pauca .i. nulla mancipia uel alia munera quae capiuntur manu acceperat ab Amantio in donationibus propter nuptias. *sponsaliciae donationis* propter nuptias. *eximii* nobilis et magni. *Attice* .i. Graece.

1. possit. 9. solent. 13. Macrobio] *Videtur respicere Somn. Scip. I.* 7. 1 Non aduertunt hanc habere legem omnia uel signa uel somnia, ut de aduersis oblique aut denuntient aut minentur aut moneant. Et ideo quaedam cauendo transimus . . . Nam ubi ammonitio est, uigilantia cautionis euaditur. 15. perhemdie] *aliunde inrepsit.* 18. dampnatur. 19. hospicio. 24. Corolario. Corolarium. *Boetius de Cons. Philos. III.* 11 Super haec igitur ueluti geometrae solent demonstratis propositis aliquid inferre, quae πορίσματα ipsi uocant, ita ego quoque tibi ueluti corollarium dabo. 26. peryperbolicis. yperbolicis. 28. yperbole. 30. accionibus.

VII. 3. Sydonius papae Migetio Salutem.

Diu multumque. Migetius iste rogauit Sidonium ut illi mitteret librum suum epistolarum uel panegiricum suum. Sed quia Migetius iste mirabilis erat clericus deliberauit diu Sydonius an tanto clerico suas nugas mittere auderet. Tandem tamen instantia Migetii ipsius sua scripta ei transmisit. *destinarem* .i. mitterem .i. delegarem. *pinniculo Apellen*, etc. q. d. Etsi haberemus pinniculum quod est instrumentum pingendi non tamen essemus Apelles qui optimus erat pictor. *Apellen* accusatiuus Graecus. *caelum* hoc caelum ut hoc celte celtis instrumentum est quo caelatur .i. sculpitur. *malleo.* Malleus est instrumentum aurifabri. *Fidian* accusatiuus Graecus quoniam Fidias erat optimus sculptor et Policlitus aurifaber. *praesumptioni* quoniam tibi praesumpsi mittere friuola mea. *examini* .i. iudicio. *ritu* consuetudine. *edat.* Edere aliquod scriptum est quando illud est dignum editione et recitatione. *hirriant* inter dentes murmurent quod Anglice dicitur 'grunie.'

VII. 4. Papae Fonteio.

Digressis .i. euntibus. *quoquo* .i. ubicumque. *fastigium* .i. sublimitatem. *comitate* quia comis es et facetus et omnibus bonis comes. *inardesco* .i. uehementer cupio.

VII. 5. Sydonius papae Agroetio Salutem.

Bituricas .i. ciuitas quae Romanice uocatur 'Buhuries.' De illa tamen ciuitate alibi legitur quod aliud nomen habet, sicut dicitur Dicitur urbs Bituris pro binis turribus istis. *decreto* uoluntate et mandato. *classicum.* Romanice dicitur 'glas.' Sonauerunt enim classicum ut conuenirent clerici et laici ad eligendum episcopum. *consulas* quaeras. *fucata* .i. fuco tincta. *impudentia* quia nullum pudorem habuerunt rogandi uel emendi si possent illum episcopatum. *nundinam* uenditionem et emptionem quia nundinae sunt publicae mercationes. Dicuntur *prouinciales* episcopi qui metropolitano .i. archiepiscopo subiecti sunt, quia metropolis est mater ciuitatum. *sufficitur* .i. subrogatur .i. substituitur, quasi sufficienter ministratur, quoniam sufficere est ministrare.

VII. 6. Sydonius domino papae Basilio salutem et benedictionem.

Caula .i. ouile. *saginatur* .i. incrassatur. *clandestino morsu necdum intellecti dentis* .i. secreto uel priuato uel latenti, quia latenter decipit homines. *arrodat* .i. corrodat. *insultet* .i. derideat. *discutere* .i. indicare. *sinister interpres* .i. malus interpretator. *Aegiptus* interpretatur lacrimae. *Pharao.* Pharao erat rex Aegipti et interpretatur rex lacrimarum. *Israelita* .i. filii Israel .i. Iudaei et interpretatur Iudaeus uere paenitens. Israel uero uidens deum interpretatur. *cum cophino.* Israhelitae enim, cum Pharao rex Aegipti eos cepisset, ei seruiebant in luto et latere et cum cophinis suis honera deportabant. *spiritualem* .i. deplangamus quod tam remoti sumus a caelo propter nostra peccata. *Assur* .i. Nabugodonosor quia ipse erat rex Assiriorum et Chaldaeorum

3. panagiricum. 6. Appellen. 7. Appelles. Appellen acusatiuus *bis*. 8. celte celtis] *Notandum hoc lexicographis. Pro certo enim habeo ex grammatico aliquo sumptum fuisse.* 9. malleum est. 10. polliclitus. 13. murmurant. 20. Sonauerunt] *sic codex*. 29. Necdum intellecti dentis *post* decipit homines *codex*. 31. Pha erat. 32. penitens. 33. uidens deum] *immo* Ieriel.

ubi est Babilon. ***fastu*** .i. superbia. ***futurarum*** in c*ae*lo. ***praesentium*** in terra. ***quod*** .i. quia. ***quae merear.*** Quia per peccata mereor in gehennam mitti. ***dein*** .i. deinde. ***trituretur*** .i. teratur sicut triticum. ***acet*** .i. acescit .i. acida est. ***ut ambigas*** .i. dubites. ***ualitudinem*** .i. *a*egritudinem. Vnde senes ualitudinarii dicuntur .i. infirmi, quoniam ualitudinarii dicuntur infirmi. Vnde Terentius (*And. IV.* 2. 14) Valeant qui inter nos discidium uolunt .i. pereant. Vnde dictum est de sancto Cudberto quod multiplicium morborum ualitudines depulit .i. pericula. Et ponitur ualitudo quandoque pro sanitate. Vnde dictum est uale. Similiter in principio Tullii de amicitia (*Lael. II.* 8) indifferenter ponitur ualitudo. ***subfectis*** .i. substitutis. ***subrogantur*** .i. substituuntur. ***haeresiarcas.*** H*ae*resiarca est princeps h*ae*reticorum. ***inflectere*** .i. trahere ad h*ae*resim suam. ***intercisae*** .i. interrupt*ae* et uiolat*ae*. ***diocesibus*** haec diocesis et pluraliter h*ae* dioceses sunt episcoporum et inferiorum sacerdotum parochiae. ***ueprium*** .i. 'Runces.' ***fruticibus*** 'Buissuns.'

VII. 7.

Amantius proprium nomen lectoris cuiusdam de quo habita est mentio supra in duabus epistolis ad istum eundem Graecum papam missis. ***uicissim*** .i. quandoque uel e conuerso. ***rimis*** cauernis. ***indiscretis*** .i. indiuisis. ***iactura*** .i. amissio uel damnum. ***praestigiae*** incantationes. ***comprouincialium*** .i. compatriotarum. Et sunt compatriotae de una patria. ***tradimur*** .i. seducimur. Vnde dicitur Iudas traditor .i. proditor .i. seductor.

VII. 9.

Sicut diximus in praecedenti epistola Sidonius inuitabatur ut Bituricas ueniret ut ibi ille cum aliis episcopis eligeret Simplicium ei ciuitati in episcopum et illum ordinaret. ***exacte*** .i. perfecte. ***schemata*** .i. figuras et licita figmenta. ***suggerebat mihi.*** Suggerere duas habet significationes. Vna ponitur pro suadere uel instigare. Altera pro subministrare, Spiritus sanctus suggeret nobis omnia .i. subministrabit. ***uorago*** .i. uortex. Et potest dici uorago a uorando, sicut terra paludosa et lutosa et aquosa. Vnde dictum est de Petro, Qui Petri pedibus marinos uortices inclinauit. ***uolutabra.*** Porcorum est uolutabrum, unde dictum est Canes reuertuntur ad uomicas et porci uolutantur in uolutabro suo. (2 *Pet.* 2. 22.) ***prouincialis.*** Quoniam Syd. erat prouincialis episcopus et non metropolitanus .i. archiepiscopus, quoniam metropolis est mater ciuitatum. ***procacis*** .i. inprobi, vnde procacitas .i. proteruia. ***penditote*** .i. librate a penso uel a pondere. ***erratum*** .i. errorem, vnde Erratica [.i. erronea] prauitas. ***opinionis*** .i. famae. ***obloqui*** .i. detrahere, unde obloquium .i. detractio. ***obloquentium*** .i. contra loquentium. ***scillas*** .i. pericula marina sabulosa. ***officium.*** Quoniam officium est abbatis semper flere. Vnde dicitur quod monachus dolentis habet officium. Sed episcopus quisque duplicem gerit

3. acessit. 5. unde Terentius] Persius *codex* *Nimirum et* ualitudo *et* ualeant *hoc habent commune quod modo in bonam partem, modo in malam dicuntur. Nam interdum* ualeant *per* εὐφημισμὸν *idem est quod pereant.* (*Donat. ad And. IV.* 3. 14.) 12. parrochie. 28. *fort.* inclinauit uortices. 32. proteruia Vnde proteruus *codex.* pensa. 33. oppinionis. 34. obloquentium] obloquiorum *codices Sidonii.* 35. sabulosa] *num* fabulosa? 36. dupplicem.

Fol. 14b. personam quoniam regit ecclesiastica et regalia. *seueritas* uirtus est cum mediocris est. *superstitiosus* auarus quoniam auaritia mala religio est. *abstemium* .i. sobrium .i. abstinentem a temeto .i. uino. *inpetitur* .i. accusatur. *inuncabuntur* unco .i. troco curuo trahentur. *ceruicosi* sunt elati et superbi et dicuntur ceruicosi quia ceruicem suam .i. caput alte supportant. *factione.* Factio est conspiratio in malum, unde Macrobius, Epicureorum tota factio. *aemulationum* .i. inuidiarum. *assertione* confirmatione. *karisma* .i. donum. *fastigatur* uel a fastigio quod est altitudo uel a fastu quod est superbia. *opinaretur* Symon magus uidens Petrum apostolum miracula multa facientem optulit Petro multa donaria ut doceret illum talia miracula facere. Et quia putauit Symon magus pretio posse emi miracula Sancti Spiritus damnauit illum Petrus et omnes postea Symoniacos. *tribunalibus* .i. iudicialibus. *canone* regula decretali. *efficax* dicitur quasi effectus capax. *rudimentis.* Rudimenta paruorum proprie sunt, ut alphabetum et alia talia quae in initio erudiuntur. *Solimis* .i. in Ierusalem, quoniam prius dicebatur ciuitas illa Solime et postea a quodam rege qui ibi regnauit, qui dicebatur Iebus, dicebatur ciuitas illa Iebosolime et sic mutata .b. in .r. propter kacenfaton dicebatur Ierosolime et postea Ierusalem, ab alio rege Palaestinorum Palaestina prouincia. Ex Saba uenit quaedam sapientissima regina ad Salomonem regem propter eius sapientiam .s. ut ipsa temptaret sapientiam Salomonis. Salomon autem dixit illi quicquid illa aenigmatibus quibusdam quaesiuit uel mente cogitauit. Salomonisque scientiam admirata infinitam pecuniam auri et argenti ad templum construendum ei donauit. In Salomonis autem curia quaedam arbor crescebat quam quotienscumque regina illa uidebat genua flexit illam adorans. De qua arbore lignum erat crucis Dominicae. Omnes autem admirabantur quare illam arborem adoraret. Postea uero cum regina illa remearet in patriam suam renunciauit Salomoni quod in curia eius quaedam arbor cresceret in qua passurus erat mortem rex Iudaeorum. Salomon autem hoc audito illam arborem in uisceribus terrae abscondit. Sed in tempore natiuitatis Christi in probatica piscina supernatauit. *cumulauerit* auxerit.

VII. 10.

Discretos diuisos. *Sed de his. Quasi dicat,* Nolo plus loqui de miseria mea quoniam qui miseriam suam recolit eo magis dolet.

VII. 12.

Hic excusat se Syd. quod nullas litteras prius Ferriolo isti misit nec quod illi hunc suum librum nomine illius intitulauit. *affinitatis* .i. uicinitatis. Vnde Per Bethleem confinia .i. per uicinas illas patrias. *patrias infulas* .i. dignitates uel potestates. *triumfalibus adoreis* .i. uictoriis et est ador nomen indeclinabile frumenti. *stemmatibus* genealogiis parentum sicut alibi dicitur Stemmata quid faciunt (*Iuuen. VIII.* 1). Item stemma est ordo uel series generationis. Stemma autem dicebatur filum quo sacerdotes tempore aestiuali capita ligabant non ualentes portare pilleos. Et frequenter pro corona accipitur. *exinaniretur* .i. euacuaretur. *incolumes* .i. alacres .i. in pace. *acuminaretur*

2. auaricia. 3. themeto. 5. Macrobius] *Comm. in Somn. Scip. I.* 2. 3. 10. dampnauit. 13. erudiunt. 15. mutatata. 16. a palestina prouintia. 21. adhorans. 23. adhoraret.

.i. acueretur. *hebetatus* .i. 'rebuche' .i. induratus. *exhaustus* .i. pauperatus propter tributa quae dederat prius Gothis.

VII. 13.

Hymerius antistes. Haec epistola continet laudes sacerdotis Hymerii filii .s. †Simplicii papae. *opinione* .i. fama. *uenustate* .i. pulcritudine. *sale* .i. sapientia, quoniam iiii habet significationes hoc nomen sal. Significat enim ipsam substantiam salis, et dicta saporata, et reprehensoria, et sapientiam, sicut dictum est Accipe sal sapientiae. *consulitur* qum aliquis quaerit consilium ab illo. *consulit* quando ille consilium quaerit ab alio. *celeritas.* Quoniam si aliquis pauper coram illo causam habet agendam, uel etiam aliquis diues aliquando protrahit illam causam, cito eam expedit, prout uiderit expedire illi qui iniuriam patitur. *rependatur* .i. soluatur. Vnde rependit qui pro inpenso beneficio retribuit. *credulus* est ille qui omnia dicta sibi credit.

VII. 14.

Peruicaciter. Peruicax est ille qui peruertit uices rerum .s. iustum pro iniusto et uerum pro falso asserendo. *controuersarentur* .i. confligerent. *sicut facile conuinci ita difficile compesci* possunt. *Conuinci facile,* quoniam falsum et inprobabile dicentes possunt facile falsitatis argui. *difficile compesci,* quia semper uolunt blaterare .i. garrire. *dumtaxat* .i. tantummodo. *uultuum* quoniam laici illi magis laudant speciem corporis quam animae uirtutem. Indignatus igitur Sid. iterum probat multis modis quod magis diligendus est Filagrius propter commoda animae suae quam propter commoda corporis. Quoniam etiam bruta animalia ipsis hominibus fortiora sunt et uelociora et maiora et multas uirtutes corporis habent quas homo habere non potest. *nouercari* .i. insidiari ad modum nouercae. Vnde dictum est Iste nouercatur mihi .i. insidiando aduersatur, et Sidonius *Inbecillitati nostrae nouercabor.* *noctua* .i. 'fresaie' .i. quaedam auis magna ut coruus quae tota nocte cantat. *uultur* est auis quae Anglice uocatur 'grip' in cuius ouo ponuntur reliquiae. De quo sic dicitur †Vulturis in siluis miserum mandebat homonem. *symio* nam dicitur hic symius et haec symia.

VII. 15.

Quotiens Viennam. Nomen ciuitatis ubi erat episcopatus. *inputationem* .s. quod ei non possum inputare nec illum culpare. *serius* .i. tardius.

VII. 16.

Succiduo a succedendo .i. a successione continu*a* unde Sid. *angore succiduo.* *libertos* .i. manumissos qui a seruitute sunt suspensi.

VII. 17.

Desides .i. pigros et negligentes. *incudibus* romanice 'enclume.' *obsecundabo* .i. obsequar

5. †Simplicii] *immo* Sulpicii. oppinione. 10. causam aliquando cito. 27. Vulturis] *Ennius ap. Priscian. I.* 206 *Hertz, Seru. ad Aen. VI.* 595. *Poeta uidetur scripsisse* Vulturus; *sed cum glossatore nostro boni codices Prisciani* Vulturis. 33. succeduo. continuo. anguore.

uel obtemperabo. *truculenti* .i. pleni crudelitate. *lemurum* .i. nocturnarum fantasiarum quae in somno apparent. *daemonas* .i. d*a*emones et est accusatiuus Graecus. *Helissae.* Helissa erat Dido cui rex Hyarchas dedit tantum terrae quantum corio taurino posset circumdari. Dido autem corium quoddam taurinum in minutissimas corrigias scidit, et illis maximum terrae amplexa est in qua fecit Cart*h*aginem. *Birsica tecta* .i. Cart*h*aginem a birsa quod est corium taurinum. Vnde uersus *Spernis Elisseae birsica tecta domus* (*u.* 16) Mediolanum. Cum autem Mediolanum iam factum fuerat, dubitatur quod nomen illi ciuitati inponeretur. Et apparuit statim illis hominibus dubitantibus quidam aper ex media parte setam habens et ex media lanam. Illi autem qui ex una parte fuerunt dicebant esse ouem. Alii ex alia parte dicebant esse porcum. Et ideo propter hanc nouitatem aliquid significantem inposuerunt urbi illi nomen Mediolanum. *paupertinus* pauper. *culmo* .i. stipula.

VII. 18.

Animi seruitutem. Ille patitur animi seruitutem cui aliquis conuitia ingerit .i. infert et postea conuitiatori nec conuitia infert nec satyra se uindicat quod romanice dicitur 'mauues daunger.' Eodem modo ille patitur animi seruitutem qui uitiosos non audet satyra reprehendere.

VIII. 1.

Tu quidem pulcre .s. facis. *lenocinaris* .i. blandiris. *suspicabamur* .i. putabamus. *uulgatu* .i. diuulgatu. *cauendum est ne in aliquos fortuitu* .i. forsitan *incidamus uituperones* .i. uituperatores a uituperio. *quorum linguas cote liuoris acuminatas fugere* necessarium est. *derogatores* dicuntur turpiloqui unde dictum est iste derogat mihi .i. 'mesdit.'

VIII. 3.

Scedium est nouum scriptum nondum ex asse emendatum uel limatum. *opaca* .i. obscura. *inpluuio.* Inpluuium aliquando pro stillicidio ponitur, ut hic *inpluuio cubiculi mei*, aliquando pro lu*min*ario .i. fenestra domus quae in medio tecto domus pendet: ut
Fol. 149b. in fabula. Nam in fabulis dicitur quod Dan*a*e pulcherrima puella fuit et ideo clausa erat in quadam eminentissima turri ne aliquis ad eam posset accedere. Tandem Iupiter eius amore accensus transformauit se in aurum et descendit per inpluuium domus in gremium Dan*a*es tamquam pluuia. *Pythicas* F*o*ebeas .i. Apollinis qui deus erat sapientiae. Et dicuntur Pythic*a*e lauri a Pythone serpente quem Ph*o*ebus occidit. *lauros* .i. sententias et colores r*h*etoricos. Nam Phoebus solebat coronari foliis lauri. *penitissime* a penitus. *domesticum* .i. priuatum. *atauo* hi sunt gradus parentum ascendendo pater auus proauus abauus atauus tritauus. Similiter descendendo pater filius nepos pronepos abnepos trinepos. *alabastrum* est uas unguentarium album ad modum albi marmoris

1. truculenti] *Codices Sidonii* truculentae. *Videtur glossator legisse* regis. fantasyarum. 2. sompno. demonas. demones. acusatiuus. 3. hyarchas] *sic codex*. 20. .i. diuulgatu] *addit codex* uel uulgatu. Vulgatum est res uilis uel uulgo digna. fortuitu] forsitan *Cod. Laud.* 104. 24. opaca] *sic codices plerique Sidonii, non* opica. 26. luuario. ut in fabula] *Non sunt haec uerba Sidonii.* 27. dane. 29. in ingremium danes tamquam. 30. phiticas. 31. phitice. phitone.

uel cristalli. Vnde alibi legitur alabastrum nardi pistici. *delibutarum* .i. inunctarum. *satrapas* satrapae lingua Syriorum duces uel principes .i. sapientes uocantur. *maloh*ath*ratos*. Malobat*h*rum est quoddam latum folium ut dicunt medici quod in Nilo repperitur supernatans. Et dicunt phisici quidam quod folium illud est folium ligni aloes quae crescit in paradiso et cum Nilo exit. Hoc autem mal*o*b*at*h*rum apponunt medici pre*t*iosis unguentis et electuariis. *squalore* a squama piscis quae est h*i*rsuta et dura et aspera et uillosa. Et ponitur squalor frequenter pro duritia siue pro sorde ut squalor carceris. *forsfuat* .i. dubium est uel dubitet aliquis.

VIII. 4.

Vnquamne. Ne .i. an. Sydonius in hac epistola desiderat ut aliquando detur sibi copia uidendi Consentium istum et eius domum libris refertam et eius rus multis commodis et diuitiis plenum. *thymum*. T*h*ymus est quidam flos suauissimum habens odorem unde poeta (*Geor. IV.* 169) Redolentque t*h*imo flagrantia mella. *donaria* sunt dona quae donantur. *prodigimus* .i. large damus.

VIII. 5.

Hybericarum .i. Hyspanicarum quoniam Hiberi sunt Hispani.

VIII. 6.

Ducalius .i. melius et fortius a duce. *mutuo* .i. alternatim. *inficias* .i. negationes. *luculentis* .i. luce plenis. *trabeatus*. Trabea erat species togae ex purpura et cocco qua operti reges Romanorum pr*o*cedebant. Et dicta trabea quod in maiorem gloriam hominem ultra ceteros transbearet. *sportula*. Sportula est munus quod datur praeconibus et aliis praetorianis ministris et executoribus causarum. Et dicuntur executores qui rem iudicatam mancipant effectui. *fasti* .i. honores. Nam proprie fasti sunt libri annales in quibus scribuntur festa, et inde dicuntur translatiue honores fasti, quia in libris annalibus statim scribebatur tempus quando aliquis ad honorem peruenerat et sub quo imperatore. *ante lucanas horas* .i. ante diem. *disposite* .i. ordinate .i. 'assisement.' *crepitantia* .i. sonantia. *segmenta*. Segmenta sunt quaedam indumenta parua circa collum per humeros usque ad pectus dependentia quae possunt appellari 'scapelarie.' Et sunt segmenta inserta et referta gemmis pre*t*iosis et auro. *palmatam* palmata est quaedam uestis pretiosa quae dabatur alicui ob uictoriam. *per ipsum fere tempus* usualis est locutio .i. fere in illo tempore .i. parum ante illud tempus. Contigit quod Nicetius quamdam promulgauit legem de praescriptione longi temporis omni populo illi fauente et collaudante. Et nota quod aliud est praescriptio atque aliud est usucapio, usucapio enim est de rebus mobilibus, praescriptio autem de rebus est *non* mobilibus. Praescriptio autem est adquisitio dominii per continuationem longi temporis lege diffiniti. *abolita* .i.

3. Malobratos. malobatrum. 5. malabotrum. 6. preciosis. hyrsuta. 10. *sibi*] ei *codex*. 12. tymum. tymus. 13. timo. 14. prodigimus] *Num sic legit glossator pro eo quod codices habent* agimus? 20. praecedebant. 23. festa] *Fortasse ex Paul. Diac. fluxit haec glossa* Fastorum libri appellantur, in quibus totius anni fit descriptio. Fasti enim dies festi sunt. 26. assisement] *h. e.* conuenablement. 29. preciosis. 32. promulgauit] *intra Gallias scilicet.* de praescriptione] *sc. tricennaria, de qua Nouella extat Valentiniani XXVI.* De xxx annorum praescriptione omnibus caussis opponenda (p. 213 *ed. Haenelianae*). 34. *non*] *om. codex.*

deleta. *peremptoriis* quoniam omnem actionem in fine quinti decimi anni perimebat. Vnde dicitur dies peremptorius et institutorius: peremptorius quando aliquis peremptus est, ut ita dicam, .i. depositus ab officio in quo prius fuerat; cuius officium peremptum est quodam modo .i. ab eo sublatum uel ablatum. Et ille dies dicitur institutorius quando aliquis post alium instituitur uel ille qui ibi prius fuit uel alius subsequens. *indidit* .i. demonstrauit. *edidit* .i. promulgauit. *decetero* .i. amodo. *capreas.* Nota quod aliud est capra, aliud caprea. Nam caper .i. *a*edus et capra simul iunguntur. Caprea autem est de feris bestiis. Et sunt illarum ferarum tria genera. Minimum inter illa est capreolus et caprea, maius uero animal damma. et est damma communis generis ad marem et ad feminam; maximum autem est ceruus et cerua quae romanice dicitur 'bisse.' *dereliquo* .i. de cetero .i. a modo. *scrupeas* .i. scopulosas et cauernosas. *lustris* .i. cubilibus ferarum. *circumuenire* .i. cauillari et decipere. *opacandis* .i. celandis quia opacitas .i. tenebrae celant .i. abscondunt. *canes ueloces* dicuntur canes leporarii qui lepores capiunt, uel alii canes qui ceruos et alias feras capiunt. Canes uero rusticani sunt qui in domibus rusticorum sunt, qui caulas ouium de nocte custodiunt ab incursione luporum. *lepusculis* leporibus. *classicum* romanice 'glas.' Solebant enim milites cum socios ad bellandum conuocarent aut cum praedam aut hostes caperent cum cornibus suis classicum sonare. Et dicitur a clangendo unde clangor. *classe* .i. nauigio. *pandos* .i.
Fol. 150a. curuos. *archypiratas* .i. principes piratarum; [et dicuntur piratae praedones maris .i. 'Robburs' a pir quod est ignis quia per ignem alias naues deperdant]. *discriminibus* .i. periculis. *mioparones.* Paro dicitur a piratis. Vnde parunculus per diminutionem et mioparo quasi minimus paro. Est enim scapha ex uiminibus facta quae contexta crudo corio genus nauigii praebet quo utuntur Germanorum piratae in Oceani litoribus uel paludibus propter agilitatem (*Isid. Orig. XIX.* 1. 21). *remiges* qui remo nauigant.

VIII. 7.

Macte .i. mactus et ponitur aliquando pro nominatiuo ut dicit Priscianus (*XVII.* 208), ut Esto macte .i. sis mactus .i. uirtuosus quasi magis auctus, uel Macte .i. o macte. *misericordiae causas* quoniam de miserias patiente et paupere et damnato miseriam habemus, sed de superiore inuidiam, quoniam Perflant altissima uenti (*Ouid. Rem.* 369). *iusto principe* .i. 'iusto buore' de quo dictum est Iustius inuidia nihil est quae protinus ipsum Auctorem rodit excruciatque suum.

VIII. 8.

Tesserarum .i. talorum. *instrumenta Cerealia* .i. carruca. *Cerealia* a Cerere quae est dea segetis. *hibernis noualibus.* Noualibus .i. 'warez'; et est nouale terra

1. perimebat] *Dig. V.* 1. 70 Tunc peremptorium impetret. Quod inde hoc nomen sumpsit, quod peremeret disceptationem, hoc est ultra non pateretur aduersarium tergiuersari. 6. amodo] *h.e.* posthac. 12. cauillare. 13. canes ueloces] *Spectant haec et quae secuntur de canibus ad uerba Sidonii* Namque apros frustra in uenabula uocas quos canibus misericordissimis . . . mouere potius quam commouere consuesti. 20. pir] *etymologia uere inepta.* 22. contexta] contecta *nonnulli codices Isidori.* 30. Iustius inuidia] *Extant ap. Hieronymum VII.* p. 568 *Vall. unde in codicem Sangallensem* 899 *f.* 132b *et Einsiedelensem* 326 *f.* 90 *uenerunt. Vide Baehrensii Poet. Lat. Min. III. p.* 169. 31. suum] animum *Hieronymus.*

antiqua uel pratum aliquod nuper aratum et sic iacet per totam hiemem absque semine et contra aestatem iterum aratur et tunc primo inseminatur. *ligonis* .i. 'picois.' *antibus*. Antes sunt pedamenta uinearum quae in anteriori parte uineam sustinent. Vel antes sunt extremi ordines uinearum. Vnde Virgilius (*Geor. II.* 417) Iam canit †affectus extremi uinitor antes. Vnde Sydonius *quousque pondus ligonis optusi nec perfossis antibus ponis? stiuam* caudam aratri. *parce* .i. desine rusticari. *in inuidiam* .i. in odium nobilitatis, quoniam nobiles iam habebuntur odiosi, sicut alii rustici, quoniam magis intendunt agriculturae et lucro quam militiae. Et nota quod multotiens ponitur inuidia pro odio, ut in Tullio de amicitia, ut ibi Qui ad uiuum resecant sibi nomen amicitiae inuidiosum et obscurum sapientiam habent. Vel melius *ad inuidiam nobilium* .i. ad increpationem nobilium, quoniam nobiles omnes increpabuntur et eis detrahetur propter rusticitatem tuam. Et †quod inuidia aliquando ponitur pro increpatione, hoc est exemplum auarorum increpantium deum quod plura eis non det. Vnde poeta Inuidiam fecere deis etc. *torques bracteatae*. Nam bractea est idem quod grossa et spissa lamina auri. *fastos* honores. *profecto* .i. certe. *industrium* industrius est ille qui industriam habet .i. scientiam: unde industrie aduerbium.

VIII. 9.

Cum primum Burde. Nomen ciuitatis. Iste Lampridius mirae fuit facundiae et sapientiae, ut inferius in hoc libro dicetur, et semel ille cum Sydon. expulsus a terra sua simul exulauerunt. Tandem renocatus est a rege Francorum, qui eum expulerat, Lampridius, et post illum remansit solus Sydon. in exilio, ibi multas aduersitates patiens, nec unquam a rege potuit licentiam habere redeundi. Mandauit postmodum Lampridius Sydonio adhuc in exilio posito ut illi aliquod metrum destinaret quod ipse posset cum tibiis et modulatione uocis cantare. Sidonius autem illi metrum sequens mittit, primo tamen excusans se quod non composite et tam decenter factum sit sicut deberet. Nam Sidonius in exilio positus tristis erat. Et non potest tristis animus composite scribere. *nectaris* .i. pigmenti. *boe*. Ebrii ad honorem Bacchi solebant in festis ipsius clamare *boe bacche*. *poetarum* q. d. nullus qui metra scribit composite scribere potest nisi laetus sit. *amiciuntur* .i. cooperiuntur. Vnde alibi Amictus stola candida. Et dicitur amicior amiciris amictus sum et c^{a}., quia omnino differunt amicior et amicor. *lemma*. Lemma potest dici tenor siue compositio siue sillogismus. Vnde per compositionem dilemma dicitur cornutus sillogismus, qui in rhetorica dicitur complexio. *ineptiae*. Ineptia inportunitas idem est. *olorinorum*. Olor est cignus. Vnde Cantus olorinus .i. Cignorum. *amiciuntur* .i. cooperiuntur. Vnde Sydonius *Nosti probe laetitiam poetarum quorum sic ingenia maeroribus ut pisciculi retibus amiciuntur. Et si quid asperum est aut triste non statim se*

9. amicicia.] *De Amicit. V.* 18 Sed hoc primum sentio nisi in bonis amicitiam esse non posse: neque id ad uiuum reseco, *et mox* Quare sibi habeant sapientiae nomen et inuidiosum et obscurum. 12. Et quod inuidia] *Haec uitiosa sunt. Fortasse legendum est* Et nota quod inuidia aliquando ponitur pro increpatione; hoc est exemplum, auarorum increpantium deum quod plura eis non det. Vnde poeta, κ.τ.λ. 14. Inuidiam fecere deis] *Ouid. M. IV.* 547 Inuidiam fecere deae. *Stat. Theb. III.* 197 Inuidiam planxere deis. 18. lapridius. 21. exilium. 27. bachi. 29. cooperiuntur (con *above*). 32. rethorica. 33. olor est cignus *om.* 34. leticiam. 35. meroribus.

poetica teneritudo a uinculo incursi angoris elaqueat. pantomimorum. Pantomimorum illorum .s. qui per regiones discurrunt cantatores. Et dicitur pantomimus a pan quod est totum et mimus ioculator et inde pantomimus quasi totus ioculator. *camenas.* Musas quasi canentes am*oe*ne. *tripodas* .i. tripodes et est accusatiuus gr*a*ecus. *griphas* .i. griphes et est a*c*cusatiuus gr*a*ecus. Et sunt griphes aues qu*a*edam magn*ae* corpulenti*ae*, dedicatae Apollini, quia nimis alte contra radium solis uolare possunt. Vel griphes, quoniam griphes, ut dictum est, monstruosae aues sunt et n*i*mis inimicantur equis et animalia alia unguibus rapiunt. Et ideo hic griphes enumerat Sydonius inter illa quae pertinent ad Apollinem, quia Apollo arcu suo monstra interficiebat et griphes. Vnde Apollo dicitur p*y*thicus a pythone serpente quem ipse interfecit. *duplaeque frontis* .i. habens duplam frontem sicut Apollo. Nam Apollo solebat ante et retro coronari fructu lauri et fructu heder*ae*, quoniam laurus et hedera semper uirent quemadmodum debent ingenia philosophorum. Haec *bacca* huius bacc*ae* est fructus lauri. *corimbus* corimbi est fructus heder*ae*. *mirtos* mirtus est quaedam arbor paruula dedicata Veneri propter eius calorem ex qua fit medo. *platanus* est quaedam arbor lata habens folia et inde *platanona* .i. †loci ubi crescunt platani et est gr*a*ecum. *barbiton* .i. citharam, quia barbiton est cithara quae fit ex ossibus barri .i. elefantis. *per extimas* .i. per extremas. *elicit* .i. extrahit. Vnde phisicus, Menstruus elicitur muliebri e corpore sanguis, et alibi, Qui fortiter emungit nasum elicit sanguinem. *algoso profundo.* Alga est sordes maris .i. herba uilissima quam proicit mare. *de podio.* Podium est lignum super quod homines ad spectandum siue ad audiendum, ut modo pluribus habetur in ecclesiis, sese sustentant atque suppodiant.

VIII. 10. *Ut uera laus ornat ita falsa castigat. Quo loci tamen.* Hic monstrat Sydonius quod Ruricius eum sic laudauit ut ingenium suum et scientiam probaret in difficili materia et falsa, et ad hoc probandum multa exempla inducit. Verbi gratia bonus agricola probari potest in sterili terra et bonus orator in difficili et falsa materia et medicus in maxima alicuius *a*egritudine. *Materiae sterilis argumentum.* Argumentum nullum habuisti quare essem bonorum morum, et argumentum tuum ieiunat, non habens materiam fecundam sed sterilem et feram. Sed nota quod in omnibus dictionibus his respicit ad similitudinem. *scaturit* habundat et proprie ponitur pro ebullire. *praecedentia pericula* .i. praecedentia experimenta. Nam periculum quandoque pro experientia ponitur. Vnde poeta Insidior uobis uestrosque periclitor actus .i. experior. Sed tunc der*i*uatur periculum a peritia .i. sapientia, unde dicit Sidonius *Nam moris est eloquentibus uiris ingeniorum facultatem negotiorum probare difficultatibus, et illic stilum peritum quasi quemdam fecundi pectoris uomerem figere, ubi materiae sterilis argumentum uelut arida* Fol. 150b. *cespitis macri gleba ieiunat. Scaturit mundus similibus exemplis. Medicus in desperatione, gubernator in tempestate cognoscitur. Horum omnium famam praecedentia pericula extollunt, quae profecto delitescit nisi ubi probetur inuenerit. Sic et magnus orator si negotium aggredia-*

4. amene. acusatiuus grecus *bis*. 5. griphes] *Seruius ad Ecl. VIII.* 27 griphes equis uehementer infestis, Apollini consecrati. 7. nmis. 10. phiticus. 15. medo] *Anglice* 'mede.' 25. eum laudauit ut sic *codex*. 33. poeta] *Non repperi.* 34. deruatur. 35. fac difficultatibus (*sic*).

tur angustum, tunc amplum plausibilius manifestat ingenium. De centum uirali suggestu .i. de tribunali centum uirorum iudicum. Centumuir est qui habet centum uiros sub se. Semper fere nomina huiusmodi duumuir triumuir decemuir centumuir ponuntur pro iudicibus. ***suggestum*** romanice 'deis.' ***domum retulit*** .i. portauit et est usualis locutio. ***decipulam*** romanice 'calchetrappe' qualis est illa in qua aues capiuntur. Et decipula a decipiendo; sic muscipula quia mures capit. ***indulges*** .i. intendis. Vnde dicitur Auarus indulget qu*ae*stui .i. intendit .i. operam dat.

VIII. 11.

Altrinsecus .i. alternatim. ***matrimonium.*** Idem est hic matrimonium quod dos quam uir cum uxore accipit. Sed tamen alibi aliter accipitur matrimonium ut Inter istos contractum est matrimonium .i. coniugium uel nuptiae. ***egeries*** ab extra et gerendo. ***Bibliotheca*** .i. repositio librorum a †biblis quod est liber et t*h*eca quod est positio. ***plectris*** .i. citharis [Pecten dicitur quod pexos faciat capillos. Vnde poeta Incompti capitis pectuntur pectine crines. Pecten etiam ponitur pro plectro citharae, siue pro ipsa cit*h*ara, unde legitur in †Virgilio de Orpheo Commouit pectine manes. Pecten uero ponitur pro 'plaiz' quodam pisce. Vnde †Iuuenalis Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum .i. aqua uel flumen. Pecten uero ponitur pro rastro unde alius poeta Sparsim diffusas lustrabo pectine spicas]. ***procella*** dicitur quod percellat .i. percu*t*iat. ***uitta*** .i. 'bendello.' ***Rugas tibi profundi sirmatis Succingant hederae expeditiores. Rugas*** quoniam sirma est proprie rugosum. ***profundi*** .i. longi usque ad terram. ***hedera*** est arbor semper uirens. ***Ansae*** et ***ansulae*** alicuius rei sunt illa eminentia in illa re per quam capi possit .i. 'stale.' ***pernix*** .i. uelox a nitor niteris. ***parato hospitio*** .i. si uolucrit me hospitari .i. 'herberger.' ***manu osculata*** hic notatur triplex osculum. Nam cum uenimus ad apostolicum Romanum osculamur eius pedem. Cum uero ad episcopum, osculamur eius manum; cum uero ad *ae*qualem, osculamur eius os. ***serpilliferis catenis*** caldariorum .i. portantibus serpillum et est serpillum herba quaedam quae iuxta terram serpit, quae uocatur romanice 'puliol' et est aptissima ad salsamenta condenda. ***crepitantibus*** .i. sonum facientibus, unde crepitare .i. sonare. ***cieo*** cies ciui ciere producta media idem est quod suscitare uel commouere. ***excitus*** .i. excitatus media correpta .i. euigilatus uel expergefactus. ***camena*** .i. cantu. ***susurrare*** .i. murmurando detrahere. Vnde susurrones. ***O necessitas.*** Hic persequitur Sidonius uitia ipsius Lampridii et postmodum eius uirtutes, dicens quod aliquantulum iracundus erat et cito mouebatur ad iram, et quod ita seuerus esset quod putabant eum homines esse crudelem et ideo redarguebant eum crudelitatis. Sed Sidonius semper eum excusauit, dicens quod illam iram magis haberet Lampridius ex materia et complexione et natura quam aliquo alio uitio animi. Postea dicit Sidonius quod ille erat maxim*ae* uirtutis

2. centum uiros sub se] *Videlicet ipse inter centum est.* 14. Incompti] *Non repperi.* 15. Virgilio] *nusquam legitur.* 16. Iuuenalis] *immo Horatius S. II.* 4. 34. 18. Sparsim] *Non repperi.* 19. percuciat. 20. rugosum] *Post hoc addit codex* et est proprie sirma anglice 'hem' .i. margo femineae uestis. 22. *parato hospitio*] *om. codex.* 25. serpelliferis. 26. cathenis. caldariorum *h. e. fasciculis serpylli quales in caldariia ad ius condiendum inmittuntur.* 27. condenda] *num* condienda?

et auctoritatis et reuerentiae apud quoslibet, et qualiter instructus fuit in oratoria facultate. *naturam* hic uocat complexionem uel naturam .s. ex progenie deriuatam. *seueritas* uirtus est grauis personae. *emacularetur* .i. extra maculam poneretur. *poemata* poema dicitur a poesis quod est figmentum. Inde poeta qui in uersibus suis quandoque ad delectationem intermiscet falsa ueris unde Aut prodesse uolunt aut delectare poetae (Hor. A. P. 333). Et alius uersus Scribimus indocti doctique poemata passim (Hor. Epp. II. 1. 117). *oppido exactos* .i. ualde perfectos. *exametros uersus* .i. vi pedum. *recurrentes* .i. retrogrados, sicut Roma tibi subito motibus ibit amor. *Hii nimirum sunt recurrentes uersus qui metro stante neque litteris loco motis ut ab exordio ad terminum sic a fine releguntur ad summum. Sicut est illud antiquum Roma tibi subito* et cetera quae praedicuntur *et* iterum *illud Sole medere pede. ede perede melos.* (Sid. IX. 14.) *bucolica* Virgilius fecit Bucolica in quibus loquitur de bobus et introducit pastores custodientes boues. *Georgica* a †geos quod est terra et inde Georgica quae docent colere terram qualia sunt Georgica Virgilii. *distico* tenore duorum uersuum a †dia quod est duo et sticos quod est uersus. *tetrastico* tenore iiii^{or} uersuum. *oda* uel *odos* dicitur laus uel cantus. *citus* dicitur propter uelocitatem pedis. *scripturiret.* Verbum meditatiuum est .i. semper fuit in meditatione scribendi. *mathematicos* .i. astronomicos. *sanguinaria genitura* .i. sanguine plena. *strangulatus* romanice 'estrangle.' *paricidales* .i. in paricidio consentientes. *obtutu* .i. uisu. *exanimati* .i. anima exspoliati. *animare* uero aliud significat, quod est uiuificare uel inducere. *cadauer* est corpus sine anima. *extortae* ui raptae. *protuberantes* grossi. *tabo deciduo* .i. tabe quae decidebat ab ore et a naribus. Et nota quod hoc nomen tabo non habet in declinatione nisi ablatiuum. *inconsulte* .i. stulte.
VIII. 12. *consultat* .i. quaerit. *interdicta* prohibita.

Crocodili sunt animalia quaedam crudelissima in Nilo habitantia et homines necantia et deuorantia. *Sirticus.* Sirtes sunt quaedam loca arenosa in mari ita, ut nec omnino sint nec omnino aqua cooperta; sed alicubi sunt sicca ut per ea transire possit quis siccis pedibus. Vocat igitur Sydonius agrum Sirticum .i. arenosum et sabulosum quia in ea ciuitate potest quis perire propter habundantiam sabuli et est ibi *pedestre naufragium. per anadiplosim.* Anadiplosis est geminatio dictionis ex ultimo loco praecedentis uersus et principio sequentis ut *pulcherrimus Astur Astur equo fidens etc.* (Verg. Aen. X. 180). *suda* .i. clara. *Auras.* Aurae sunt quando aer aliquantulum mouetur ex minimo inpulsu parui uent*i*. *enixius* .i. fortius et melius, a nitor niteris. *temperies* aer temperatus. *opipare* nobiliter ab opibus paratis. *mugilibus* mugiles sunt nobiles pisces qui romanice uocantur 'mulesz.'

11. sole medere pede] *immo* Sole medere pedes. Bubolica. 19. ex anima spoliati. 25. Cocodrilli. 27. possit] potest. 30. Anadiplosis] *Charis.* 281 *Keil* Anadiplosis est cum eadem dictio et in clausula uersus et in principio sequentis ponitur ut Sequitur pulcherrimus Astor A. e. f. et uersicoloribus armis. *Diomed.* 445 *Keil.* Anadiplosis est cum ultima prioris uersus dictio initio sequentis iteratur ut Sequitur pulcherrimus Astyr, Astyr equo fidens.

VIII. 13.

Conducibilius .i. compendiosius et melius.

VIII. 14.

Nadab et Abiud isti duo conflagrati sunt *ca*elesti igne .i. combusti sunt, quia †recesserant contra mandatum Domini, quia iusserat eis Dominus ut numquam alium ignem ponerent in turibulis suis ad incensendum altare quam illum ignem qui perpetuo reseruabatur in tabernaculo. Quodam autem die spreto domini mandato alienum ignem ponebant in turibulis suis et conflagrati sunt, quod totum significat quod omnes catholic*i* mundam debent habere conscientiam et amorem purum apud deum et sanctum spiritum in corde suo et non alienum .i. malignum.

VIII. 16.

Coactorum .i. coadunatorum. Vnde Virgilius Tityre coge pecus. *leuigatur* .i. conplanatur uel politur. Vnde Sidonius *pumices muscidos* dicit .i. habentes muscum. Et est muscus anglice 'musse' uel 'mosse.'

IX. 9.

Thematis. Thema dicitur similitudo uel materia uel positio uel etiam causa. Vnde dicit Sidonius *thematis ante inauditi operam peruulgat.*

IX. 13.

Genialis apparatus .i. naturalis. *crepula bucca* .i. sonora. [Lux crepera .i. dubia. Vnde Res crepera .i. anceps dubium me facit (Symm. Epp. I. 1).] *Quaestus* tus tui .i. romanice 'purcaz.' [Vnde Sym*mac*h*us Qu*ae*stus uester in meum currit commodum (Symm. Epp. I. 6). *Inpatientes* dicuntur quasi sine patientia. Vnde Symmachus Solent inpatientes esse dilectionis qui sperant in se aliquid muneris conferendum (Symm. Epp. I. 6).]

8. catholicus. 19. crepera] *Varro L. L. VI.* 5 In Reatino crepusculum significat dubium: ab eo res dictae dubiae creperae quod crepusculum dies etiam nunc sit an iam nox, multis dubium. *Ib. VII.* 77 dubiae res creperae dictae. *Symmach. Epp. I.* 1 ita res crepera atque anceps dubium me habet. 21. Questus. Symacus. *Codices Symmachi habent* cucurrit quaestus uester in meum commodum. 22. Inpacientes. pacientia. Symachus. 23. inpacientes *Codices Symmachi habent* Solent inpatientes dilationis esse (*non* dilectionis) qui sperant in se aliquid muneris conferendum.

Fol. 145a.

[ADDENDUM.]

Leccatorum multa genera. Quidam enim dicuntur mimi, quidam balatrones, quidam nebulones, quidam nepotes, quidam scurr*ae*, quidam lenones, quidam histriones, quidam parasiti, quidam farmacopol*ae*, a †farmaca quod est unguentum et †pole quod est uendere. De mimis dicit *H*oratius in Sermonibus (S. I. 2. 1) Ambubaiarum colleg*ia* farmacopol*ae* Mendici mimi balatrones hoc genus omne Maestum ac sollicitum est †mei pro morte Tigelli. Et notandum quod *balatrones* dicuntur a baratro quod est infernus. Dicitur autem baratrum quasi uoratrum quia omnia deuorat. Inde balatrones quasi uoratores, quia propria deuorant et aliena consumunt. Dicuntur *nebulones* a nebula quia ad modum nebul*ae* transit gloria eorum. Vel quia aliena uitia per suas adulationes obc*ae*ecant. Dicuntur *nepotes* a nepa serpente qu*ae* suos fetus deuorat. *Scurra* proprie appellatur uagus qui de domo ad domum discurrit ut uentrem sa*t*iet. De quibus bene dicitur, Quorum deus uenter est (Paulus ad Philipp. III. 19). Vnde Magister Serlo Scurr*ae* ieiuni te contra guttura muni. *Lenones* dicuntur conciliatores stupri. Vnde quidam egregius uersificator Leno ferre pedem talem non debet in *ae*dem. Hac habitare domo debet honestus homo. *Histrio* dicitur ab †historon quod est adulari. Vnde quidam in cantilena sua Meretur histrio uirtutis pr*ae*mium, Dum palpat uitium †dulci mendacio. *Parasiti* dicuntur quasi parantes situs hominum uel quasi iuxta parapsidem siti.

5. collegio. 6. farmacopole. mendices. mestum. 7. †mei pro] cantoris *Horatius* dicuntur a baratro] *Acron ad Hor. S. I.* 2. 2 Barathrones qui bona sua lacerant, id est in barathrum mittunt. 9. a nebula] *Acron ad Hor. Epist. I.* 2. 28 Nebulones leues ut nebula, perditi luxuriosi molles inepti. *Paulus Diac. p.* 164 *M.* Nebulo dictus est qui non pluris est quam nebula, aut qui non facile perspici possit, qualis sit. 11. a nepa] *Placidus s. u. Nepa p.* 70 *Deuerling* Nepa scorpius quae natos consumit nisi eum qui dorso eius inhaeserit. Rursum ipse, qui seruatus fuerit, consumit patrem. Vnde homines qui bona parentum per luxuriam consumunt, nepotes dicuntur. 14. lenones] conciliatoris stupri, qui proprie leno dicitur, *Acron ad Hor. Epist. II.* 1. 272. Serlonis] *Non repperi in Serlonis carminibus editis a Thoma Wright* (Anglo-Latin Satirical Poets of the Twelfth Century, Tom. II). 16. †historon] *hoc quid sit uix expedias.* 18. dulci] *fortasse* dulico. situs] *h. e.* *σίτους.*

OXFORD: CLARENDON PRESS.
LONDON: HENRY FROWDE;
OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE, AMEN CORNER.

Anecdota Oxoniensia.

The English Manuscripts of the Nicomachean Ethics, described in relation to Bekker's Manuscripts and other Sources. By J. A. STEWART, M.A. 3*s*. 6*d*.

Aristotle's Physics, Book VII. Collation of various MSS.; with Introduction by R. SHUTE, M.A. 2*s*.

Nonius Marcellus. de Compendiosa Doctrina, Harleian MS. 2719. Collated by J. H. ONIONS, M.A. 3*s*. 6*d*.

Bentley's Plautine Emendations. From his copy of Gronovius. By E. A. SONNENSCHEIN, M.A. 2*s*. 6*d*.

Commentary on Ezra and Nehemiah. By Rabbi Saadiah. Edited by H. J. MATHEWS, M.A. 3*s*. 6*d*.

The Book of the Bee. The Syriac Text, edited, with an English Translation, by E. A. W. BUDGE, B.A. [*In the Press.*]

Buddhist Texts from Japan.

I. Vagra*kkh*edikâ. Edited by F. MAX MÜLLER, M.A. 3*s*. 6*d*.

II. Sukhâvatî Vyûha. Description of Sukhâvatî, the Land of Bliss. Edited by F. MAX MÜLLER, M.A., and BUNYIU NANJIO, Priest of the Eastern Hongwanzi in Japan. 7*s*. 6*d*.

III. The Ancient Palm-leaves containing the Pragñâ-Pâramitâ-H*r*idaya-Sûtra and the Ush*n*isha-Vigaya-Dhâranî, edited by F. MAX MÜLLER, M.A., and BUNYIU NANJIO, M.A. With an Appendix by G. BÜHLER. 10*s*.

IV. *In the Press.*

*The Sarvânukraman*î. Edited by A. A. MACDONELL, M.A. [*In the Press.*]

Sinonoma Bartholomei; A Glossary from a Fourteenth-Century MS. in the Library of Pembroke College, Oxford. Edited by J. L. G. MOWAT, M.A. 3*s*. 6*d*.

The Saltair Na Rann. A collection of Early Middle-Irish Poems. Edited from a MS. in the Bodleian Library, by WHITLEY STOKES, LL.D. 7*s*. 6*d*.

Cath Finntrága; The Battle of Ventry Bay. Edited by KUNO MEYER, Phil. Doc. [*In the Press.*]

Also, uniform with the above:

Old-Latin Biblical Texts, No. 1: The Gospel according to St. Matthew, from the St. Germain MS. (g_1). Edited with Introduction and Appendices by the Rev. JOHN WORDSWORTH, M.A. 6*s*. [*Parts II and III in the Press.*]

The Editio Princeps of the Epistle of Barnabas, by Archbishop Ussher, as printed at Oxford, A.D. 1642, and preserved in an imperfect form in the Bodleian Library. With a Dissertation on the Literary History of that Edition, by the Rev. J. H. BACKHOUSE, M.A. 3*s*. 6*d*.

OXFORD: CLARENDON PRESS.

LONDON: HENRY FROWDE;

OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE, AMEN CORNER.